ta non poſſet alios producere.extra, de teſtib.vltra.& c.de teſtib.
& c.fraternitatis.in Auth.eo.§.quia vero. Cum vero teſtes rei reci
piuntur, vt quia aliquis in hereditate alicuius ſuccedens, & timẽs
ſibi in poſterum quæſtionem moueri, petit teſtes, de quorum for
c te morte, vel abſentia veriſimiliter dubitatur, vel quoſlibet alios[c]
lite non conteſtata recipi: & tunc dicunt multi, taliter receptos
ſtatim publicari debere: vt ext.de teſti.ſignificauit.& c. Albericus.
quæ iura in reo loquuntur. Nec obſtat ſecundum eos præd.decr.
quoniam.vbi non publicantur: quia loquitur in actore. Sed certe
hoc conceſſo, ſequeretur abſurditas. Nam in partium fauorem
inductum eſt, vt teſtes lite non conteſtata recipiantur, quando ti
metur de morte, vel abſentia, vel ad æternam rei memoriam, ne
veritas occultetur, & probationis copia ſubtrahatur: vt in præd.
decre.quoniam.vnde non debet in eorum læſionem retorqueri.
C.de legi.ꝙ fauore ꝙ contingeret, ſi teſtes rei publicarentur: quia
tunc non poſſet alios producere: vt iam in actore dixi.& ſic copia
probationis ei ſubtraheretur. Dic ergo, ꝙ ſiue actoris, ſiue rei te-
ſtes recepti, ante litem conteſtatam non publicantur, ſed potius
conſignantur.ff.de except.ſi quod.& cum hoc ſit in actore, idem
eſſe debet & in reo.argu.extr de mutu.peti.c.fi.& extr.de excep.
cum inter. Et quia eadem ratio eſt vtrobique: ergo idem ius de-
bet eſſe extr.de conſti.tranſlato. Nec obſtat præ.decre.ſignifica-
uit.vbi dicitur, ꝙ eorum dicta debent redigi in publica munimen
ta, nec decre. Albericus.vbi dicitur in publicam ſcripturam, quia
hoc uerum eſt, ꝙ redigantur in publicam ſcripturam: non tamen
publicabũtur uel aperientur atteſtationes partibus, donec lis fue-
rit conteſtata, & alii teſtes inducti, uerum cum reus citatus adeſt
in iudicio, actor vero abeſt, tunc teſtes rei recipiuntur lite non
conteſtat.& publicantur: & ſententia fertur: vt in concordant.
quæ ſunt s. uerſiculo, 8. argumentum.tamen contra præmiſſa in
d his, quæ not.j.§.ſatis.verſi.18.[d] † ¶ Sed quos uocat ſenes? Quo
6 ad præmiſſa, videtur quod eos, qui ſiut 70.annorum, qui excu-
ſantur à tutela.ff. de excuſ.tuto.l.2.C.qui æta.lib.10.l.unica.& C.
eod tit.lib.10.l.fi.ff. de teſt.inuiti. Vel forte centum annorum.C.
e de ſacroſan.eccle.ut inter diuinum.[e] Recipiuntur autẽ prædicti,
cum ciuiliter agitur: ut in præd.decre.quoniam Quid ſi crimina-
liter? Reſpon.tunc non, ſecundum Bar.quia in criminalibus ſtri-
ctiſſimæ probationes requiruntur. 5.q.6.Epiphaniũ.C.de proba.
l.fi.nec in eis teſtes coguntur.extr.de teſti.cogen.dilectorum. Vin
f cen.contra,[f] ex quo de teſtium morte timetur: quia iam actor ad
7 talionem lite mota tenetur. † ¶ Illud autem ſcias, ꝙ ubi iura dicũt
poſſe lite non conteſtata procedi, intelligendum eſt altera parte
ſe cõtumaciter abſentante. Si enim utraque præſens ſit, non ualet
proceſſus: niſi quo ad omnia iuris ordo ſeruetur. Quod dic prout
not.extr.qui fil.ſint leg.per venerabilem.in glo.quæ incipit: vt 2.
q.6. Sed & ſi in aliquo de prædictis caſibus altera pars contumaci
ter abſit, dicunt quidam ad ſingula litis capitula citandam. Alii
vero dicunt, quod tantum ad ſententiam ſit citanda.ad hoc infra,
de accuſ.§.viſo.verſi.item licet.

## ADDITIONES.

a Secundum papã. ¶ Vt poſt eum ſcripſi de iureiur.ad noſtram.2.ſuper gl.pe.

b Dicendum. ¶ Adde caſus de offi.ord. quamuis.& de homi.pro humani.lib.
6. Item quos ponit clemen.de iud.diſpendioſam.coninncta cum decr.ſæpe.
de uerbo.ſignifi.

c Alios. ¶ Non ſunt ad hæc duo miſcenda, ſicut miſcet auctor hic, & ſtatim
ibi, vel ad æternam. ¶ Additio.& quoniam pacto publicentur teſtes ad per-
petuam rei memoriam, & de materia vide late Alex.conſi.318.incip.ſuper
themate.ver.quantum autem.in 2.colum.in 2.volu.& per Phili.Corn.conſi,
172.incip.primus conſultationis articulus.in 2.vol. Soc.in tra c.ſuo fallen.
in reg.313.Henr.Ferran.

d Ver.18. ¶ Et huic contrario ſtatur, vt ſcripſi in decre.ſignificauit.in gl.dixit
hic Inn.& ſuper gl.2. Et ratio ſupra dicta parum valet: cum tunc ſibi liceat
producere quot vult. Si ergo teſtes abſunt, per quos probari vult, differat
hoc, ſiue ſit reus, ſiue actor agere non valens: puta quia non extat dies vel cõ
ditio. quæ poſſet etiam in multum tempus differri, & teſtes licet tunc ſani,
& manſuri, interim deficere poſſunt. Et ob hoc prædixi, non eſſe miſcendã
receptionem, quæ fit, dum timetur mors teſtium, vel abſentia diuturna, cum
illa, quæ fit ad æternam memoriam, cum primorum dicta conſignentur,
ſecunda publicẽtur. Item in ſecunda recipiuntur ſani teſtes & manſuri. Itẽ
eorum dicta durabilia, primorum non: ut in decre. quoniam frequẽter.poſt
prin. Sed de his teſtibus receptis ad æternam memoriam dubitatur, an va-
leant ꝯ extraneos, an vero ſolum ꝯ illos, quorũ fuit facta vocatio? & ut ſcri-
pſi poſt Inn eo.tit. ſignificauit.in gl.dixit hic Inno.ver. vbi vero.& in decr.
Albericus.in gl.q d ſi.verſi.alii vero dicunt ꝙ aliis nec proſunt, nec obſunt.
per l.C.de dona.l.in donationib.& ff.de iureiur.l.ſed & ſi poſſeſſori.in fi.cũ
l.ſeq. Scias Dyn.in ſuo 5.conſilio in hypothecaria tenuiſſe, ꝙ teſtes recepti
ad æternam memoriam ſuper obligatione bonorum, puta inter pacẽ facien
tes, ſi pax frangeretur, ſi ante productionem & probationem illam alter pa-
ciſcentium vendiderat aliqua bona, & emptores non fuerunt vocati: illa
probatio eis non nocebit, ſed oportebit ꝯ eos de nouo probari. Verum poſt
probationem illam ſi fiat venditio, cum illa probatio iam affecerit vendito-
rem, & ei nocuerit, nocebit etiam emptori. Allegat C.de pigno.l.præſes pro
uinciæ.ff.de pign.l.ſi ſuperatus.§.fi.ff.de excep.rei iud.ſi mater.§.fi. Et aduer
te, quia ad prædicta nõ obſtat l. inuitus.§.plerunque.ff. de reg iur. quæ vult,
in petendo & defendendo eandem cauſam eſſe emptoris, quæ venditoris.&
l.in his.§.non debeo.ff.eo.tit.quæ dicit, ꝙ non debet eſſe alicuius melior cõ
ditio, quam ſui auctoris: & qui dicunt, ꝙ alienatio debitoris non facit con-
ditionem creditoris deteriorem.C. de pig.debitorẽ.& de diſtra.pign.ſi de-
bitor.& his ſimilia: quia fateor ꝙ illa hypothecaria bene durat in rebus vẽ
ditis poſt contractum, & ante probationem ꝙ etiam tenet Dyn.in alio arti-
culo eiuſdem conſilii, vt ſtatim dicam. Sed hoc ſolum dico, ꝙ illa probatio
non præiudicat ei, qui prius emerat, non vocato, alias facile eſſet cuilibet
venditori perimere ius emptoris, præcipue quando propter vẽditoris ino-
piam, vel alias euictionis actio eſſet ſibi inutilis. idem tenuit Hugo de Fon
tana in ſua quæſtione, quæ incipit, duo fecerunt inter ſe pacem. Et addidit
idem eſſe in confeſſione venditoris dicendum: vt ſ.facta ante venditionem
præiudicet emptori: poſtea facta nõ præiudicet. Scias ẽt, ꝙ in quæſtione, &
in ꝯſilio, ut declarem ꝙ de hypothecaria dixi, ponitur thema ex duobus qui
fecerunt pacem, promittentes non ꝯfacere ad certam pœnã: & obligauerunt
uiciſſim omnia bona ſua ad illam ſoluendam parti offenſæ: alter illorum uen
didit aliqua ſua bona: poſt tẽpus fregit pacem probata corã iudice obliga-
tione & fractione pacis. Et facta excuſſione bonorum frangentis, agebatur
ꝯ emptores, qui emerant ante fractionem hypothecaria: qui ſe defendebant
pro eo, ꝙ uenditor non erat debitor tempore uenditionis: ſed incœpit eſſe
tempore fractionis: quo tempore res exiuerat dñm frangentis. Allegabant
ff.qui pot.in pign.hab.l.1.& l.potior.j.reſpõ.C.de iur.fiſ.l.1.lib.10.& de bo
damna.l.ſi quis poſt.ff.de verb.oblig.cum filius.§.in hac. Prædicti doctores,
tenuerunt contrariũ.per l.potior.2.reſp.ff.qui pot.in pign. hab.& l.qui bal
neum.e.tit.ff.de ſol.ſi ſub conditione. de peri.& commo.rei uend.l.neceſſa-
rio.§.ꝙ ſi pendente. de naut.fœn.l.nihil.& de vulg.& pupil.ſubſti.l.fi.§.Ti-
tius.de fideiu.ſi à reo.§.item ſub diuerſis, Reſponſionem ad l.1.& l.potior.
1.reſp.prius allegatas, uide de reſcrip.ſi pro te.lib.6.in & ſuper quarta gloſſ.
¶ Adde quomodo & quando poſſint examinari teſtes ad æternam rei me-
moriam, lite non conteſtata, Alex.conſi.200.2.lib.

e Diuinum. ¶ Vide ꝙ de hoc plenius ſcripſi in decr.quoniam. ſuper uerbo, ſe
nes.& de ſenſatis, 2.Regum 19.& in Pſal.89.ibi: Anni noſtri &c.

f Vincen.contra. ¶ Tamen alternatiue, ut ſcripſi in decre.quoniam.ſuper ter
tia gloſſa.

## SVMMARIVM.

1 *Probare uolens inutile, ſeu impertinens, non debet admitti.*
2 *In iudicio nil agi debet occulte.*
3 *Actor non debet quam primum reo numerum, ſeu nomina ſuorum teſtium producendorum dicere, ne ſubtrahantur.*
4 *Nomina teſtium exprimi iubentur poſt eorum atteſtationum publicationem.*
5 *Confeßio aduerſarij dicentis ſe credere, ſicut in inſtrumento continetur, an ualeat.*
6 *Producere uolens teſtes in iudicio, debet eos facere uocari per iudicem: ſi enim ſe ingerant, ſunt ſuſpecti.*
7 *Productiones teſtium poſſunt plures fieri ſub una dilatione per iudicem aſſignata.*
8 *Quarta productio teſtium, uel dilatio, non eſt danda ſine ſolennitate legali.*
9 *Iuramentũ ſecundo præſtitum, ubi ſemel tantũ iurandum erat, an prodeſt.*
10 *Teſtibus productis ſuper exceptionibus, an poſſit dari alia productio cum ſolennitate legali.*
*In acceſſorio idem iuris eſt, quod in principali.*
11 *Teſtium quinta productio nullatenus concedenda eſt.*
12 *Si teſtis iurauit in iudicio, ſed nondum ſunt articuli dati, uel interrogatoria, quid iuris.*
13 *Teſtibus debetur conductus & ſecuritas, & omnis formido illis amputanda eſt.*
14 *Si quis petat teſtes intra terminum examinari, qui nolũt teſtificari, ex quo ſuccumbit, cui imputabitur.*
15 *Teſtes producendi de uno loco ad alium, qua prouidentia mitti debeant.*
16 *Forma qua iudex iudici ſcribere debeat, ubi teſtes de uno ad alium mittuntur.*
*Iudex iudici ſcribens non præcipiet, ſed rogabit.*
17 *Delegatus papæ, uel epiſcopus, uel cui uniuerſitas cauſarum eſt commiſſa, poteſt alteri receptionem teſtium committere.*
18 *Clauſula illa, teſtes autem, & quæ habentur extra, de teſti.cog.ca.1.quomodo intelligantur.*
19 *Odium teſtium quomodo probetur.*
20 *Exceptio peremptoria opponi debet poſtquam actor ſuom intentionem fundauit.*
21 *Is Cui committitur receptio teſtium ſuper principali, non debet recipere probationem, niſi ſibi ſpecialiter committatur.*

22 *Iudex an aliquo caſu poſſit mittere notarium cauſæ, uel alium pro uoluntate partium ad teſtes diligenter recipiendos.*
23 *Iudex ad mandatum alterius iudicis teſtes recipiens, qua forma ſcribet.*
24 *Commiſſio illius, cui teſtium commiſſio datur, non ualet, niſi id partes approbent.*
25 *Reſcriptum, ubi committitur teſtium receptio intra certum tempus facienda, quomodo intelligatur,*

¶ Qualiter ſunt teſtes producendi.

a 3 §. Qualiter autem [a] ſint producẽdi teſtes, breuiter annotemus. Et quidẽ actor prius producet ſuos, deince reus: & dic vt ĵ. in tit. de proba. §. 1. ad fi. actore
b igitur uolẽte teſtes producere, dicat reus [b] frater, dic mihi, ſuper
1 quo vis teſtes producere? † Si enim uis probare impertinẽs & inutile, non debes admitti. C. de proba. ad probationẽ. 1. cũ ſuis concord. ext. de off. leg. cum contingat in fi. Nec etiã ſuperflua debes probare, uel quæcunq; uelis, ſed ſolũ ad cãm facientia. ff. de peti. hære. ſi quis libertatẽ. ultra medium. ff. de iureiu. ſi duo. §. 2. C. qui legi. perſo. l. momentaneæ. Quod ſi actor dicat, non faciam: quia iudici, non tibi eſt probatio facienda, & ſibi dicam ꝙ debebo: vt C. de ↄdi. ob turp. cau. l. 1. ext. de reſcri. inter cęteras. 2. q. 7. pleriq;. ff. de prob. quinquaginta. Ad hoc reus replicet, ꝙ cũ dixerit iudi-
2 ci, iudex dicet ei: qa nil occulte in iudicio debet agi. † Et certe dicẽdum eſt parti, q̃ aliqñ plenius quã iudex diſcutiet, an ſit talis probatio admittenda, uel non. Et probantur pręmiſſa extra, de teſtib. ad hæc. alias incipit, præſentium. li. 6. C. ſi per uim uel alio modo. l. fi. extra, de in integ. reſti. tum ex literis. prope fi. C. de dilã. à ꝑcedente. De quo dicut ĵ. § nunc uidendũ. uer. ſciendum eſt igitur. & ſeq. Deinde petat reus illud ſibi in ſcriptis dari: ꝙ quidẽ fieri debet, ne detur materia negandi verum, & probandi falſum. extr. de proba. qm̃ ↄ̃. ff. eo. quoties. § interrogationis. ff. de eden. l. 1. §. editiones. licet ſit arg. ↄ̃ in ead. l. §. edere. Iudex ergo de officio ſuo faciet hoc in reſcriptis per notarium cãæ redigi, & ſic parti copiam porrigi, ne ueritas poſſit perire. ff. de teſti. curẽt. C. de fid. inſtr. pl. res. Vel occultari. 14. q. 2. quanquam, uel negari. 27. q. 2. oẽs fœminæ. 20. q. 1. uidua. ff. de pig. ↄ̃hitur. & facit C. de arbi. ne in arbitris. §. ſed & ſi ipſe. quam ſcripturam in curia articulũ appellamus, de
3 quibus dicam in præd. §. videndũ. in prin. † ¶ Poſt hoc dicit reus: Frater, dic numerum & nomina teſtiũ, quos intendis producere: ut in prædic. decr. præſentium. §. teſtes. Actor uero dicat, nõ dicã, quia neſcio: & ſi ſcirem nõ dicerẽ: quia procura res mihi eos ſubtrahere: ut extra, eo. intimauit. & c. ↄſtitutis. Nõ enim cogor aliqd ↄ̃ me dicere, uel facere. C. eo. nimis. 4. q. 3. uerſi. qui intendit. ext. de proba. c. 1. qñ enim teſtes producentur, uidebis qui ſunt. & iudex eorum numerũ inſpiciet, & faciet ſuum officiũ. iuxta l. ff. de teſti. l. 1. in fi. & ext. eod. cum cãm. Sed dicet reus: imo dices: quia ſic eſt fieri ↄſuetum: ut ĵ. uerſi. iudex ergo. Si enim uelis producere eos, qui mortui uel inteſtabiles ſunt, non debes audiri. Et caute etiã faciet, ſi quærit, an uelit aliquos producere, niſi quos nominauit: & ſi dixerit, non faciat hoc ſcribi, & poſtea dicat iudici, ꝙ nõ eſt alia dilatio danda ad producendũ: quia nulla fides teſtib. adhiberetur, vel quia ſunt uiles & infames ext. de proba. licet. ff. de teſti. l. 3. ff.
c ad Velle. l. aliqñ. ext. de teſti. teſtimoniũ. Dixit aũt Vber. [c] ꝙ de iure non tenetur quis dicere nomina teſtium abſolute: niſi vbi eſt hoc fieri ↄſuetũ, ut Mutinę, & in quibuſdã aliis locis: uel niſi appareat,
d ꝙ frauduleter ſubticeat: [d] ne ſuper his inſtruatur aduocatus utriuſq; partis ad corrumpendũ, uel impediendũ teſtes: ut ff. de arbi. non ex omnib. & C. de poſtu. l. pe. C. ſi pig. in cãm. iudic. l. ſecunda. Nec obſtat præd. decre. præſentium. quę dicit, ꝙ nomina teſtium reprobandorũ exprimantur in articulis, ſuper quib. deponent teſtes reprobatorii. Hoc enim ideo fit, ne ſit locus variationi, volendo forte ꝙ teſtes deponãt ↄ̃ eos, quibus nulla exceptio fuerat op-
e poſita: ꝙ fieri non debet. ext. de reſcri. cum in multis. [e] Aliud aũt eſt, cum quis in cauſa vult teſtes inducere: quia tunc non tenetur eorũ numerũ, uel nomina aduerſario dicere: ſed iudici eo modo quo iam ĵ. dicetur. Sed adhuc eſt ↄ̃, extra, de accuſa. qualiter. ſecũ-
4 do § debet aũt. Sed † ibi poſt publicationem atteſtationũ teſtium
f nomina exprimi iubentur. [f] ¶ Eadem † quæſtio ẽt & ſolutio fieri
5 põt in nomine tabellionis: qui dicitur confeciſſe inſtrm̃, quo quis uſurus eſt, ne detur materia fabricãdi falſum. Nam ſolum corpus inſtrumẽti, uel ſummæ, quæ petitur, edendũ eſt. At nomina tabellionis uel inſtr̃i non ſunt de corpore, ſeu de ſumma ipſius debiti. arg. ff. de eden. l. 1. §. diem autẽ. ¶ Quid ergo ſi fit ex aduerſo talis poſitio: Pono, ꝙ ſi aduerſarius utatur aliquo inſtr̃o, talis notarius illud confecit: vel tales teſtes fuerunt: uel fuit tale factum? Dicũt quidam reſpondendũ eſſe: & conſulunt ut reſpondeatur ſic: Credo ſicut in inſtrumento meo continetur. Nec obſtat, ut dicunt, ꝙ per hanc reſpõſionem incertus remanet interrogans: vt ff. de interrogato. act. de ætate §. qui tacuit. & §. vide. qa iudex cui inſtrm̃ oſtendetur, certus efficietur. Sufficit enim ſibi fieri fidem: vt C. de edẽn. l. procurator. Alij dicunt, non eſſe reſpondendũ, ne legi obuietur. ff. de ſponſa. oratio. & ff. de tuto. & curato. dat. ab his. ſcire. decima diſtinctione. vides. & vide ĵ. de edit. inſtr. §. nũc dicamus. verſ. quid ſi quis. Cæterum in hac reſponſione, Credo ſicut in inſtrumento continetur: dicunt quidam, ꝙ valet: quia aut interrogans habet illud inſtrumentum, & per eius lectionem certus põt effici. Aut non habet, imo interrogatus tantum illud habet: quo caſu ſufficit, ſi illud reſpondeat iudici. arg. ff. de re iudi. ait prætor.
6 §. 1. C. de eden. l. fi. Inſti. de leg. §. ex contrario. † ¶ Volens ergo teſtes producere; faciat eos per iudicem vocari. Si enim ſe ingerãt, quodãmodo ſunt ſuſpecti. ff. de procurato. quæ omnia. C. de te-
g ſti. Authen. rogati [g] & etiam inuiti quandoque producũtur: vt ĵ. eod. §. de teſtium. Dabit ad hoc iudex dilationem competentem, prout traditur tertia quæſtione tertia. cap. induciæ. §. ſpacium. Iudex ergo aſſignabit dilationem ſeu terminum, intra quem quis producat teſtes ſuos: quo facto is, qui producturus eſt, colligat omnes, quos poterit habere, & eos producat, & iudici repræſenter, & dicat ei: Domine, hos teſtes vobis repræſento in tali cauſa, pro prima productione. & poſtea colligat alios, & eos repræſentet, & dicat ei: Domine, hos teſtes vobis præſento pro ſecunda.
7 Tertio colligat alios, & eos pro tertia repræſentet. † ¶ Quod to-
h tum fiat ſub vna dilatione, & hoc ſecundum Gofr. [h] & alios, qui dicunt vnam tantum dari dilationem, ſub qua poſſunt tres fieri
i productiones: & ſecundum T. [i] quælibet productio debet continere vnam vel plures dies ad arbitrium iudicis. Vnde ſecundum
k dominum meum [k] caueat notarius qualiter ſcribat: debet enim ſic dicere Aſſignata eſt dies ad faciendum primam productionẽ. Si enim diceret dilationem, non daretur ſecunda dilatio ſine cauſæ cognitione. Vel ſic planius in principio ſcribat, Hi ſunt teſtes
l producti ab M. contra B. Alii, vt Ber. T. [l] & Azo, & alii, dicũt tres dari dilationes, & ſub qualibet earũ plures fieri poſſe productiones: verum licet actor habeat tres productiones, uel dilationes ſecundum alios, de meo tamen conſilio non differat omnes teſtes producere in vltima: ſed producat omnes, quos habere poterit in prima & ſecunda, propter varia impedimenta, quæ ſæpe in talibus occurrunt. Nocuit enim differre paratis. & vide ꝙ not. ĵ. de probatio. in prin. Finita autem dilatione ſeu productione veniẽt teſtes: & tunc is, contra quem inducuntur, eos videbit: & cognoſcet, quod facere decet. C. de iur. deli. l. fin. § 1. & conſiderabit an ſit talis, qui poſſit eſſe teſtis: vt ĵ. in fin. huius §. Quando autem incipiat currere tempus huius dilationis, & quid intra illud agendũ eſt: & qui dies, vel quæ alia debent de ipſa deduci, not. ſecundum
m papam ext. eod. vltra. [m] † ¶ Quarta autem productio vel dilatio
8 ſecundum alios non dabitur ſine ſolennitate legali, quæ talis eſt: FOR. Iurabit enim is, qui eam patet, quod non fuit percunctatus dicta teſtium per ſe, vel alium, puta aduocatum, vel procuratorem. Nec ea didicit, vel ſubtraxit: & ꝙ non petit quartam productionem per aliquem dolum, machinationem vel artem: ſed quia nequit vti teſtibus, quos producere intendebat: & tunc concedet petenti quartam productionem, etiam poſtquam renũciauit, & ẽt poſtquam aduerſarius didicit teſtificata: ipſe vero non, ſecundum Vinc. in Authen. de teſt. § quia vero multi. col. 7. extr. eo. vltra. & in c. in cauſis. & c. ſignificauerunt. C. de proba. Authẽ. at qui ſemel. Sed antequam renunciet productioni teſtium quod dicitur quarta productio; exempli gratia dicitur: poteſt enim milleſimam productionem habere, ex quo non renunciauit: & ſibi exiſtimat expedire, ſecundum Vincen. qui hoc not. in prædict. c. ſignificauerunt.

## ADDITIONES.

a Qualiter autem. ¶ Sup. & quando: vt in prin. dixit.
b Dicat reus. ¶ Vſus cauſarum non recipit prolixitatem verborũ inter partes. quam ponit hic Guli. & quando habuit ab Vber. de Bobio charta 3. vbi incipit tractare de productione teſtium facta in litis conteſtatione, & iurato de calumnia actor non requiſitus format articulos, quos probare vult per poſitiones: & aliter ſi negetur, quibus negatis datur copia reo, vt opponat, vel vt interrogatoria faciat de hoc infra, §. 2.
c Vbert. ¶ Loco in princip. huius §. allegato.
d Subticeat. ¶ Ratio prioris dicti, non proximi.
e Multis. ¶ Lib. 6.
f Iubentur. ¶ Hoſt. in Summa de dila. §. ex quib. vltra prin. verſi. & not. ꝙ ad partem. ꝙ nominandi ſunt teſtes, alleg. etiam Auth. de teſti. §. quia vero multi. de teſti. cog. cap. 1. & cap. cum contra. & clauſulam, teſtes autem, &c. quæ ſæpe ponitur in literis. eodem titu. cum cauſam. Sed verum eſt, quod illos, quos vult citari, oportet iudici nominare, & apud acta deſcribi.
g Rogati. ¶ Et feſtinare præſumuntur, vt veritatem corrũpant. in aut. eo. tit. §. ſi vero ignoti. Non obſtat. C. eo. l. eos. & l. liberto. ff. e. l. Iulianus. & l. inuiti. 1. & 2. & quia ibi ſpontanei vel non inuiti dicunt, qui citati compulſionem non expectant: non tamen ſe offerunt. Non obſtat ſi dicat, ꝙ etiam ad dignitates quis poteſt ſe offerre in quo oppone & ſolue vt no. 1. q. 6. c. vltimo.
h Secundum Gof. ¶ In decre. in cauſis, & in ſumma huius tit. 3. col. uer. teſtes producti.
i Secundum T. ¶ Tit. quando & qualiter teſtes ſunt produ. in fin.
k Secundum dominum meum. ¶ In Sum. de dila. §. & quilibet. poſt prin.
l Vt Vber. T. ¶ Qui hoc no. in decr. in cauſis. e. ti. Et uide quod ibi dixi ſuper 1. gl. & de hoc in Auth. eo. §. quia uero.
m Vltra. ¶ Quod ſcripſi in 5. q. & ulterioribus.

ſignificauerunt. T.uero, & Ber.no.extr.eo.in cauſis.ꝙ poſt renun-
ciationem nullum inducere poteſt. Vnde non dabitur tunc quar
ta dilatio: ut eo.titu.de teſtib & c.cum veniſſet. De hoc j.§.ſatis.
a verſi.hoc etiam no.[a] Item ad hoc,ꝙ dixi de milleſima productio
b ne,eſt contra præd Auth.at qui ſemel.[b] Cæterum ſi quarta pro-
ductio legitime,id eſt,cum ſolennitate petatur, iudex uero nulla
cauſa aſſignata eam deneget, ex hoc iuſte poterit appellari.ꝙ dic
c ſecundum papam,prout no ext.e ſignificauerunt.[c] †¶Sed quæ-
9 ritur, hic iuratur, cum iam iuratū fuerit de calumnia.nec debeat
d niſi ſemel iurari:vt in Auth.de his qui ingre ad appel.§.fin.[d] Re-
ſpondeo,hoc eſt ſpeciale propter falſum iuſiurādum:vt in Auth.
de fi.inſtru §.nec vero.vel ideo,quia plus ſolet timeri,&c 23.diſt.
quanquam.extra, de hæred.vergentis.ff.de fur. item apud.§.hoc
edicto.& vbi talia iuramenta inueniuntur, ſpecialia ſunt.extra.de
teſti. præſentium. nam & alias iuramentum de calumnia ad om-
nia huiuſmodi ſufficere videtur.Sed pone,ꝙ anteceſſori meo cō
ceſſæ ſunt induciæ,vel tertia productio:nunquid mihi ſuccedenti
ad quartam oneroſam confugiendum eſt? Reſpon.non, niſi ve-
e lim.Iure enim cōi habeo dilationē,ff de fer.l.oratione. ſm Vin.[e]
10 †¶ Sed cū ſuper exceptionib.teſtes producantur: vt ext de teſti.
c.de teſtib.nunquid in eis dabitur quarta productio cum ſolenni
tate legali? Videtur ꝙ ſic:quia idē iuris eſt in acceſſorio,ꝙ in prin
cipali:vt ext.de offic.deleg.prudentiam.in fi.Sicut ergo in princi
pali cauſa conceditur, vt prædictū eſt:ergo & in exceptione,quæ
eſt acceſſoria G. Na.contra, per præd.decre.prudentiam.§.ſexta.
f vbi dicitur,intra terminum competentem.[f] Præterea huiuſmodi
exceptiones odioſæ ſunt, & frequenter per excogitatam malitiā
opponuntur: vt extra,de do.& contu.finem.& ext.de excep. pa-
ſtoralis.de reſti ſpol.frequens.in prin.lib.6.& patet ext.de fid.in-
11 ſtru.accepimus.verſi ſi vero.4.q.5 c.vnico.†¶Quinta vero pro-
ductio nullatenus conceditur.Et hæc vera ſunt, vbi in prima,ſe-
cunda & tertia aliquos produxerit. Si vero fuit legitime impedi-
tus,vt nullum produceret:hoc probato,dabitur etiam quarta &
quinta, & milleſima productio. Vel ſecundum aliam opinionem
ſecunda, vel tertia dilatio ſi neceſſe fuerit ſine iuramento.hoc nō
proſequor amplius: quia de hoc plene not.in præ.concor.& 3.q.
3.cap.induciæ § ſpacium.& in Summa domini mei in titu.de dila.
§.& quibus.¶Teſtibus autem iudici præſentatis,expectabunt te
ſtes ipſi,donec depoſuerint,uel ſaltem per quindecim dies.C.eo.
ſi quando.C.de appel.eos.& non vltra.argu.ibi,& ff.de ta.exhi.l.
12 3.§.exhibere †¶Quid ergo,ſi teſtis iurauit,ſed nondum ſunt ar-
g ticuli dati,uel interrogatoria?[g] Reſpon.Dicunt quidam,ꝙ expe
ctabit per 15.dies:vt in pre.l.ſi quando.expenſis eius,per quē ſtat,
quo minus recipiatur.C.depo l.fina.in fin. vel producentis: vt j.
verſicu.proxi.primum verius. Alij dicunt,quod recedet,& impu
tet ſibi,qui non dedit articulos vel interrogatoria.C.depoſi.l.fin.
in fi.Dic committi iudicis arbitrio, ꝙ procedat vel differat,ff.de
h iudic.non quicquid.[h] ¶Teſtes autem exhibendi ſunt ſumptibus
i producentis.4.q.3.c.ſi teſtes.§.venturis.C eo.quoniam.[i] Recipien-
tur etiam teſtes præſente altera parte, vel ſe contumaciter abſen-
tante: vt dicam j.eod.§.nunc tractandum. Iudex quoque debet.
effrenatam teſtium multitudinem refrænare vt dicam j.§ reſtat
13 verſicu.hoc etiam no. †¶Debet quoque ipſis conductum,& ſe-
curitatem præſtare, & omnem formidinem amputare, vt 3.q.9.
hortamur.Is quoque, cui datus eſt terminus ad teſtes producen-
dos ſatisfacit termino, ſi infra illū eos producat, & iurare faciat:
licet infra illum non fuerint examinati.argumentum.C.de teſtib.
l.penultima.& ſic ſeruatur.Secus forte, ſi datus fuit terminus ad
probandum, vel ad producendum, & ad faciendum illos exami-
k nari: argumen.extra. de probatio. licet.in princip.[k] argument.
contra,extra, de offic deleg.conſuluit.Sed de hoc dic vt j.de di-
l la.§.1.ver. ſed quid ſi.j.[l] ¶Quid ſi petit teſtes intra terminum
14 examinari,ſed ipſi noluerunt teſtificari:& ſic ſuccubuit? Dic qđ
ei imputabitur,ſi non fecit eos cogi,ſm Vber.ff.de tab.exhi.locū.
§.hoc interdictum.ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis C.de teſt.
ſi quando.ff.eo.l.1.§ 1.Si autem petiit cogi, ſed iudex nō coegit.
iudex damnum reſarciet, ſecundū eum.ff.de mag.conue.l.1.ff de
m dam.inf.l 4.§.pe.[m] Sed nunquid teſtis,qui noluit iurare,tenetur?
15 Dic vt j.§.prox.ver.quid ergo ſi teſtis.† Sunt autē[n] teſtes produ
n cendi de prouincia in Italiam, vel econuerſo: vel de prouincia in
prouinciam,

ADDITIONES.

a Etiam no. ¶ Et j.§.fi.per totum.
b Qui ſemel.¶Ceſſabit contrarium,ſi dicatur illam milleſimam fieri inter di-
lationes.
c Significauerunt. ¶ Vide quod ibi plene ſcripſi in gloſſ. quicunque, & in glo.
nota quod.
d §.fi. ¶ De hoc not.in præ.decr. vltra tertiam.in glo.2.
e Secundum Vin. ¶ In præd.c.ſignificauerunt.
f Competentem. ¶ Et ibi hoc recitabat, vt in ſuis reportationib.patet.& qđ
plus eſt, dicebat per illud ſingulare vnicam dilationem dandam in odioſis:
ꝙ concedi poſſet in his odioſis,quæ differunt,& non perimunt: vt in decre.
frequens,j.alleg.& de excep pia lib.6.in peremptoriis in quibus maius peri
culum eſt, ſecus. Nam & in præ.c. de teſtibus. patet teſtes quandoque ſimul
ſuper pe emptoriis & principali deponere: per quod patet illa in hoc ſatis
æquari,vt dicebatur primo.
g Interrogatoria. ¶ Non debent teſtes citari,niſi cum conditio, & ſtatus cau
ſæ requirit: vt de reſcrip.ſtatutum.§.pen.lib.ſexto.quare male facit ſic cita-
tus:& videtur citatio non arctare,vt ibi not.
h Quicquid.¶ Vber.fuit iſte verſ.quē ponit Io.de Deo.Cauil.li.5.Rub.de teſt.
i Quoniam. ¶ Et in præd.decr.ſtatutum §.pe.& ultra ibi no.in gl.ante pe.ſ.ꝙ
licet iuret dicere pro vtraq; parte:non tamen ꝓꝓ id contribuit is, ꝯ quem
producitur. Sic etiam dicas,ꝙ propter interrogatoria,quæ dat ille,ꝯ quem
teſtis producitur, ſuper quibus vult teſtem examinari,ipſe non debeat cō-
tribuere ad expenſas:quia non producit illū,& producens tenetur,ut ſupra
dictum eſt. Item & ſi pars non daret interrogatoria,iudex tenetur illa face-
re.eo.ti.cum cām.in prin.& c.uenerabili.ff.eo.l.3.in prin. Alleuiat ergo hæc
pars iudicem:nec prouocat,ſed prouocatur,& ad defenſionē vrgetur.Facit
de excep.cum inter.ff.de condi.fur.& ideo & ſic ſeruatur. Itē per præ.§.pe.
& iura ante illum allegata,dicimus antequā iter teſtis arripiat, ſibi miniſtrā
das expenſas pro eundo,&c. Quod intelligo,niſi producens per ſe,uel ſuum
miniſtrum illas ſibi exhibere uelit. Non obſtat de cenſi.cū inſtātia.in fi.quia
ibi multi ſingulariter erant obligati:hic unus producens tm̄.Dico ēt nō ha-
beri rationem expenſarum quas domi faceret, per no. in præ.c.ſtatutum.§.
inſuper in gl.non quem minores:& tunc maxime qn̄ expenſas in domo lucra
tus fuiſſet.ff.ad exhi. ſed & ſi.§.2.& ſi perſonæ conditio id requirit,ſoluet ēt
uecturas equorum.ff.man.idemq;.§. item Labeo.& ff.pro ſocio.l.ſi inter fra
tres.§.ſi quis ex ſociis.& de tu.& ratio.diſt.l.j.§.ſi pupillus.in fi. etiamſi teſtis
proprium equum duxerit,quem locare ſolebat. Bene facit ff.manda.ſi uero
non.§.ſi mihi. Item uidetur,ſi locare non ſolebat.alias producens fuiſſet ue-
cturam ſoluturus. Facit ff.de uſur.l.& in contraria. Itē ſi producens de certa
ſumma pro die conueniſſet cum teſte: ſoluiſſet pro decem diebus. ille prius
expeditus rebduum reſtituere tenetur.ff.man.creditor.§.ſi inter.2.reſpon.&
de leg.2.l. antepe.§.1.& de ali.leg l. pecuniæ ſortem. ¶ Adde ut per moder.
in l.recuſare.§.ſi quis alio.ff.ad Trebellia.
k In prin. ¶ Datur hodie terminus ad probandum, & probatum habendum.
l Si.j. ¶ Quod ibi dicitur,non terminat hunc caſum.ibi enim de teſtibus exa
minatis, ſed non publicatis: hic uero de non examinatis.hoc autem forſan
intellexit,quod ſm illos ſm quos requiritur publicatio, fortius examinatio:
quaſi de illa non dubitaretur:tamen ut ibi patet, dubium publicationis re-
ſtringitur ad caſum decr.pia.de exceptio.lib.6.quæ facit etiam pro ſecundo
membro ſolutionis:quia ibi datur terminus ad probandum, ut ibi ſcripſi ſu
per uerſi.octo dierum. Archid.tenet, quod non ſufficiat intra illos teſtes iu-
raſſe. Ioannes de Faſo. de quo mentionem feci, ſupra.de offic.iudi.§.ulti.in
princip.tenet idem, principaliter,quia dilatio ſecunda danda non eſt,niſi ex
cauſa.ff.de feri.l.fina. Item lapſus termini,& quia ſe arctauit,obſtat ei.C.qui
accu.non poſſunt.ſi ea.ff de rei uendica. nam ſi.item lex,ſi quando.C.eodem
titu.ubi ultra 15.dies iudex non poteſt tenere teſtem: principaliter inducit
quod iurare & deponere coniunctim requiruntur: & tunc inſeparabilia, &
primum fit propter ſecundum. Vnde lex vult, quod iurati deponant. C.de
teſta.l.ulti.in fin.& qui teſta. face. poſ.furioſum.& quod ibi not. Nam quod
de indiuiduo non ſufficit facere partem, inde eſt quod imperfectum dicitur
nullum. Inſtitu.quibus mod. teſtamen.infirm. Pro iſtorum opin.bene facit
extra,de ſenten. excommu.cum deſideres.in princip.& capitu. quod in du-
biis.1.reſp. Facit etiam optime ꝙ dixi in regula,non eſt ſine.de reg.iur.lib.6
In ſecunda parte quæſtionis de teſte,qui falſum depoſuit nō iuratus, fertur
Dy.tenuiſſe contrarium per l.vnicam, in fi.ff.de bon.poſſ.ex teſtamento mi.
& maxime cum ſua glo.quæ vult militem, ex quo iurauit militem eſſe, & vt
militem teſtari: licet non ſit in numeris. Sic ſoluendo contrarium de l.ex
eo.ff.de milit.teſtamen.quod etiam ſcripſi de priuileg.capitu.penu.ſuper 1.
gloſſ. Et ſecundum aliam ſolutionem,quam ibi ſcripſi, & quam veram pu-
to,illa lex non facit: & dato quod vera eſſet ſolutio contrarij, diſtinguens,
an ſit iuratum: non tamen probat ad quod inducitur.ibi enim de commo-
do iurantis, quod ſibi merito debetur, ex quo grauatus eſt iuramento: hic
de commodo producentis. Fateor ergo, quod ibi iurans miles eſt, & habet
commoda militum:iſte iurans teſtis eſt aſſumens illud officium, & iurando
habet commoda teſtium, puta ius reuocandi domum,& ſumptus.ff.de iud.
l.2.§.legatis.de reſcrip.ſtatutum.§.penult.lib.6. non per id dici poteſt pro-
ducentem probare. Vnde dominus Iaco.de But. qui in ſua diſputatione te
nuit, quod depoſitio poſt terminum facta valeat, illam legem non induxit
ſed inter alia allegat, quod licet productio teſtis ſpectet ad partem, exami-
natio tamen ſpectat ad iudicem, cuius debet intrare ſecretum. C.eodem ti-
tul.nullum. Addo, quod etiam ad petitionem eius, contra quem examina-
tionem facere debet,ut no.in l.ſi quando.C.eodem titu. debuerat etiam ad-
uerſarius inſtare. Protelatio ergo iudicis procedat ſine præiudicio produ-
centis.ff.de iudi.l.2.§.in omnibus. Mihi placet diſtinctio Gul.in primo mē
bro,& etiam in ſecundo:ſaluo quod not.j.de dila.§.1.verſicu.illud quoque.
in fin. Adde,quod Roma.conſil.443.incipien.quo ad primum,tenet, quod
ſi ſit ſtatutus terminus ad probandum,& teſtes iurauerint in termino,quod
valeat depoſitio facta poſt terminum. Et ita dicit tenere Ioan.Cald. conſil.
1.ſub rubr.de teſtib. Domi.de Rota concluſione 292.& 471. Bart. de dam.
infe.l.damni infecti.§.Sabini. Bald.in l.ſi quando.C.de teſtib.& in rubri. C.
ſi ex fal.inſtrumen.& l.Antiſtius.de acqui.hære. Anto.de But.in capit. licet
cauſam.de proba.de quo vide Bald.etiam conſi.308.incipiente,ſtatuto ca-
uetur.lib.4.
m §.penul. ¶ Ad literam fuit verſi.ipſius Vber. de Bobi, ubi tractat de teſtib.
circa medium.
n Sunt autem. ¶ Inchoant verba Tancred. ubi ſupra, quæ prius fuerunt
Azo.in Summa, verſicul.producendi autem ſunt except. verſicul.prius ta-
men.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, ſi iudex id proſpexerit
expedire: ſi verò nolit, nec expediat vocare teſtes coram ſe
debet ſcribere iudici, ſub quo degunt, vt eos recipiat, & ſecun
dum formam infra traditam: & ille ſibi mandabit quanta fides ſit
teſtibus adhibenda. Prius tamen quam ſcribat, recipiat cautio-
nem ab eo, contra quem inducuntur, quod vadat, vel mittat in-
tra terminum competentem aduidendum iurare teſtes: & hoc in
ciuilibus cauſis. Nam in criminalibus preciſè cogentur teſtes ue-
nire ad iudicem, qui de cauſa cognoſcit. Hæc probantur in Au-
thent. de teſti. §. quoniam ſancimus. C. de fid. inſtru. iudices. ex-
a tra. de fideiuſ. conſtitutus in fi. [a] & not. ſ. in tit. de iudi. deleg. §.
16 iam nunc. verſi. ſed ſecundum præmiſſa. † Scribet autem iudex iu-
dici ſub hac forma:

ADDITIO.

a In fi. ¶ Vide quod ibi not. in glo. antepen. & quod ſuper ea dixi, & quod not.
de reſcript. ſtatutum. lib vj. in gl penul.

¶ Commiſſio receptionis teſtium.

TALIS tali ſalutem in Domino. Noueritis quod inter talem
& talem talis quæſtio vertitur coram nobis, in qua actor ad
ſuam intentionem probandam quoſdam teſtes, vt aſſerit, veſtræ
iuriſdictionis producere intendit. Ne igitur iuris executio fruſtre
tur, ſi probationis defectu, uel occultatione pereat ueritas, prudē
tiam ueſtram duco attentius deprecandam, quatenus citatis his,
quos idem, ſeu eius procurator uobis duxerit nominandos, re-
ceptoque ſecundum formam iuris. & iudicii morem ab eis prius
iuramento, ſuper intentione, ſeu articulis, vel capitulis præſenti-
bus introcluſis, cogatis eos ueritati teſtimonium perhibere, atte-
ſtationes ipſas in publicam formam redactas, & nulli partium
proditas, nobis ſub ueſtro ſigillo ſecrete incluſas per fidelem nun
cium quanto citius tranſmiſſuri. Vel dic ut infra in ſequenti for-
ma, hoc ſaluo: quia cum vnus iudex ſcribit alii, non præcipiet, ſed
rogabit, & is, cui ſub præſcripta forma ſcribitur, ſua, non ſcriben-
tis authoritate illos examinabit: ut in præd. verſic. ſed ſecundum
a præmiſſa [a]. Et probatur hæc forma, extra, de fideiuſ. c. conſtitutus.
& C. de fid. inſtrum. Authen. apud eloquentiſſimum. Et vide ſimi
17 le. j. de iur. calum. § reſtat. uer. quid ergo. † ¶ Poteſt etiam hoc cō
b mittere delegatus à papa [b]. vel epiſcopus: vel etiam is, cui vniuer-
ſitas cauſarum eſt cōmiſſa alicui clerico, etiam in cathedrali uel
collegiata eccleſia non inſtituto: quia conſtitutio ext. de reſcript.
c præſenti [c]. non extenditur ad auditores. ſed iudices, prout ibi no.
debet tamen eſſe alias perſona idonea, uel diſcreta: vt extra. eo. ſi
qui reſtium. & committet ſub hæc forma:

FORMA. Talis tali ſalutem in domino. Nouerit veſtra diſcre
tio, quod nos cauſam, quæ inter talem & talem ſuper hoc verti-
tur ex commiſſione ſanctiſſimi patris domini papæ talis, uel au-
thoritate ordinaria, ſuſcepimus audiendam, & fine debito termi
nandam. Verum lite coram nobis inter eaſdem partes legitime
conteſtata: præſtitoque de ueritate dicenda, ſeu de calumnia iura
mento: factis quoque poſitionibus & reſponſionibus ad ea ſecu-
ris, articulis etiam à partibus hincinde formatis per ea, quæ hinc-
inde fuerunt propoſita coram nobis de ipſius cauſæ meritis, lique
re nequiuit ad plenum: quocirca diſcretioni ueſtræ, auctoritate
qua fungimur in hac parte, committimus, & diſtricte præcipiēdo
mandamus, quatenus teſtes, quos vtralibet pars producere cura-
uerit coram vobis ſuper articulis ſuis, quos ſub noſtro ſigillo tran
ſmittimus vobis introcluſos, vna cum interrogatoriis partium
earundem, intra ſpacium unius menſis à receptione præſentium
computandum per vos, aut alium, uel alios ad hoc idoneos, & neu
tri parti ſuſpectos, altera parte præſente, uel ſe per contumaciam
abſentante, prudenter recipere, ac eos ſecundum eadem interro-
gatoria iuxta datam à deo uobis prudentiam diligenter examina-
re curetis. Quod ſi forte alterutra partium teſtes alterius reproba
re uoluerit, teſtes hincinde ſuper reprobatione huiuſmodi produ
cendos intra quindecim dies poſt dictum menſem immediate ſe-
quentes, fideliter admittere, & examinare ſolicite ſtudeatis depo-
ſitiones omnium eorundem teſtium cum articulis & interroga-
toriis prædictis: necnon cum toto proceſſu, quem ſuper hoc co-
ram uobis haberi contigerit, ſub ſigillis ueſtris fideliter intro-
cluſas, ad noſtram præſentiam quanto citius tranſmiſſuri: præfi-
xo nihilominus eiſdem teſtibus termino peremptorio competen
ti, quo cum omnibus actionibus, iuribus & monumentis ſuis
cauſam ipſam contingentibus per ſe, uel per reſponſalem idone-
um compareant coram nobis: iuſtam dante Domino ſententiam
recepturi. Teſtes autem, qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, uel
timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam cogatis ueritati
teſtimonium perhibere. Datum, &c. Et ſi committatur duo-
bus uel pluribus, poteſt addi: quod ſi non omnes his exequendis
intereſſe poteritis, alter uel duo ueſtrum nihilominus exequan-
tur. Præmiſſa forma probatur extra, de proba. licet. extrà, de teſtè
ad hoc. alias incipit, præſentium. §. teſtes. & §. cæterum. lib. ſexto
& capit. cum clamor. & capitu. cum cauſam, quæ. j. de hoc ſuprà
de iudice deleg §. ſequitur. verſi. quandoque etiam. Potes etiam
addere clauſulam illam, teſtes, maxime ſenes & ualetudinarios.
quos talis duxerit nominandos, admittatis: & depoſitiones eo-
rum conſcriptas ad nos deſtinare curetis: ut extra, de teſtib. cum
18 olim. † ¶ Et nota, quod in prædicta clauſula, teſtes autem, &c.
quæ habetur extra, de teſti. cogend. capitul. primo. ſemper teſtes
intelliguntur ſe ſubtrahere, quando non poteſt aliter veritas ha-
d beri, vel apparere in ciuilibus [d], in quibus cogitur quis teſtificari:
quia tunc celare ueritatem, peccatum eſt. xj q. iii. quiſquis metu. ext.
de cri. fal. c. j. niſi hanc præſumptionem alia elidat: puta quia eſt reli
gioſus. & ideo magis veretur iurare: vel alia conſimilia. In crimi-
nali autem. & ubi non eſt peccatum celare ueritatem, non præſu-
mitur ſe aliter ſubtrahere is, qui non vult teſtificari: ideoque co-
gendus non eſt, niſi manifeſte malitia appareat: ut extra, de teſti.
cogend. peruenit. ii. Item in omnibus caſibus, in quibus teſtes non
e coguntur, cogi debent, ſi aliæ probationes deficiunt [e], etiam ſi
f non ſe ſubtrahunt gratia, odio, uel timore: vt eodem capitulo. [f]
19 † ¶ Sed quomodo tunc probabitur odium? Reſpon per euiden-
tiam. ſicut & dolus. ff. de iud. ſi filius. Sed dici poteſt, quod ſi teſtis
admonitus non vult teſtificari, præſumitur quod odio, gratia, vel
timore hoc facit: niſi priuilegio, vel alia ratione excuſetur: & ideo
eſt cogendus præſertim ſi apparent aliqua indicia, uel coniectu-
ræ: vt quia teſtis vicinus eſt, qui non poteſt ignorare, nec vult te-
ſtificari: vt in præd. c. quiſquis. ¶ Sed quis probabit odium? Vide-
tur quod qui illud allegat. C. quod met. cauſa. l. metum. Sed dic,
20 vt prædixi, attendendas eſſe circunſtantias & indicia. † ¶ Sed op-
ponitur ad hoc, quod ſ. dictum eſt, teſtes quos vtralibet pars &c.
Nam tunc demum debet quis exceptionem peremptoriam oppo
nere, poſtquam actor ſuam intentionem fundauerit: vt C. de exce.
ſi quidem. ext. de exce. cum venerabilis. in prin. ibi: pręponere &c.
imo fatuus eſt, qui ante publicatas atteſtationes actoris, & ante-
quam ſciat illum ſuam intentionem probaſſe. exceptionem pe-
remptoriam probat: vt no. ext. de teſti. c. de teſtibus. & j. de exce.
§. uiſo. ver. & not. Sed dic, quod ſi reus ante apertas atteſtationes
actoris velit probare ſuam exceptionem, hoc bene poteſt: vt in
præ. c. de teſtibus. Et hoc communiter obſeruatur, gratia dirimē-
g darum litium [g], vt tam actor quam reus ſuos offerant articulos: &
ſimul intra eundem terminum ſuas probationes ſuper illis indu-
cant, vt ext. de proba. licet. verſus princi. & ext. de teſt. ad hoc. ali-
as incipit, præſentium, lib. vj. Et ſic diximus in quæſtione, quæ co-
ram nobis inter commune ciuitatis Ariminenſis ex parte vna, &
archiepiſcopum Rauennatem ex parte altera, ſuper ſeptē caſtris
h agitabatur [h]. De hoc j. de excep. § dicto ver. ſed nunquid atteſta
tionibus. Vinc. no. ext. de teſti. ſeries. quod ſi exceptio perempto-
ria ſit talis, quæ non deſtruit principale, quin tenuerit: audiendus
eſt eam proponēs poſt publicatas atteſtationes: vt ſi probaſti me
tibi debere decem, poſſum opponere, quod feciſti mihi pactum
de non petendo: quia vtrunque potuit eſſe. Secus ſi dicit, dico ꝙ
teſtes illi falſum dixerunt: tunc enim non auditur, niſi hoc probet
per dicta teſtium iam productorum: vel niſi producat teſtes ſuper
corruptione: ut ext. de teſti. ſicut. ¶ Sed ſecundum hoc qualiter
agetur de falſo, & qualiter teſtes improbabuntur? Reſpon. per di-
cta teſtium iam productorum, vel per inſtrumenta. ext. de fi. in-
ſtru. cum dilectus. aliàs non niſi indirecte: ut ex. de teſti. ex tenore.
& in præ. c. ſicut. Et ſic poteſt intelligi. C. ſi ex fal. inſtru. per totum.
i & C. de appel. per hanc. §. ſæpe. verſi. porrò [i]. † ¶ Sed quare appo
21 nitur illa clauſula, ꝙ ſi forte alterutra, &c. Reſpo. quia is, cui com
mittitur, ꝙ recipiat teſtes ſuper principali, non debet recipere ſu-
per re-

ADDITIONES.

a Præmiſſa. ¶ Vide quod ibi dixi in fine.
b Papa. ¶ Etiam ſi ſolum datus ſit ad teſtium receptionem, vt in clem. de off.
dele. c. vno. quod dic vt ibi not. in j. gl.
c De reſcrip. pręſenti. ¶ Quam hodie non habemus. ſed eius loco decr. ſtatu-
tum. eo. tit. lib. vj.
d In ciuilibus. ¶ Inchoant verba Inno. vſque ad fi. quæ vide in Decr. j. præaſ
leg. ſuper gl. ii.
e Deficiunt. ¶ Idem no. j. §. de teſtium. ver. ſed nunquid frater. in fin.
f Vt e. c. ¶ Si actor dicit ſibi alias probationes deficere, & reus dicit contra-
rium; quis probet: dixi poſt Dama. de teſt. cog. ſuper gloſſ. ſi quis puto vtrun-
que: ſi uelit: ad probandum admitti, extra de renun. ſuper, hoc. ubi neuter
probare uelit, uel poſſit, non uideo hoc tale intereſſe, quod ſtari non debeat
iuramento dicentis, quod aliter probare non poteſt. Bene facit eo. tit. ultra
tertiam. fortius de reſc. ſtatutum. li. 6. §. cum uero. in fin, ubi longe maius uer
ritur intereſſe aduerſarii. faciunt etiam concordantiæ, quas ponit ibi gloſſ.
g Litium. ¶ Et quia timent opi. Ioan. & Azo. de qua dixi eo. tit. fraternitatis.
ſuper iii. glo.
h Agitabatur. ¶ Vide quod dixi de iur. calum. §. reſtat. verſi. quid ſi aliquan
do. in fi.
i Verſi. porrò. ¶ Et patet in cle. eo. tit. c. ii.

per reprobatione,niſi ſibi ſpecialiter ſit commiſſum:vt ext.eodē,
licet.iii.Nec obſtat præd.§.teſtes.nec præ.decret. de proba. licet.
a quia ibi fuit ſpecialiter commiſſum,vt ibi patet [a].Proteſtationē
autem ſuper reprobatione recipere debet:aliàs ſine illa non bene
procedit teſtium receptio.arg.ff.de iur.om.iud.l.ii.extra,de offic.
delega.præterea.Quandoque etiam in Romana curia,vbi ut plu-
rimum per procuratores litigatur, mittuntur poſitiones negatæ
cum articulis incluſæ;ut principales ſuper his interrogentur: ut
in ead.decre.preſentium.§.poſtea.& uerſic.præceden. quandoq;
etiam mandatur eidem,quod uideat partium inſtrumenta:& tūc
additur ſic,Et nobis ſignifices,quanta ſit fides inſtrumentis & te-
ſtibus adhibenda.extrà,de fide inſtru.c.iii.in fi.ff.de teſti. teſtium
22 §.j.†¶Poteſt etiam iudex [b] mittere notarium cauſæ, uel alium
b pro uoluntate partium ad teſtes diligenter recipiendos,ſi hoc vi-
derit expedire.extr.de teſt.cum olim.de teſt.ca.j.puta quod teſtis
eſt infirmus, ſenex,uel ita pauper,quod commode nequit ueni-
re.extr.de teſti.ſi qui teſtium. Vel eſt honeſta mulier: vt C. de off.
c diuer.iudi.nemo.[c]. Vel epiſcopus,aut alia ſublimi præditus digni-
tate.vt ix.qu.i.nec honore.C. de epiſc.& cler. Authen.ſed iudex.
Vel aliàs eſt egregia perſona.ff.de iureiur.ad perſonas. Quod dic
ut j̃.§ proxi.uer.& nota quod teſtis.& ſeq.ibi etiam nota utrum
iudex debeat mittere:ſi producens ſit pauper, vnde verſus:Si fue-
rit pauper teſtis, vetuluſque remotus: Debilis egregius, aut qui
d producit egenus:Vt teſtentur ibi debebit mittere iudex.[d]. Non
tamē debet iudex nimis facilis eſſe ad committendum talia quan
diu per ſe poteſt ea exercere:ut j̃ §.nunc tractandum prope prin-
23 cipium.†¶Cæterum iudex,qui ad mandatum alterius teſtes reci
pit,ſic reſcribet,& atteſtationes remittet:

FORMA. Talis tali ſalutem in Domino.¶Preces veſtras prono
exaudientes affectu, teſtes quos talis, de quo ſcripſiſtis, produce-
re voluit,coram nobis citauimus,& ab eis iuxta morem recipien
dorum teſtium prius præſtito iuramento, eos ſuper intentione
tranſmiſſa,uel ſuper articulis miſſis coegimus perhibere teſtimo-
nium veritati:quorum depoſitiones per fidelem receptas notari
um,vel per nos,& in formam publicam redactas. ſub noſtri im-
preſſione ſigilli incluſas,vobis per latorem preſentium duximus
deſtinandas.Hoc probatur in Authent.de teſti.§.quoniam.C.de
fid.inſtrum iudices.C.de tranſact.l.penult. C. de nonnu.pecun.l.
fin.ff.de ſeruitu.ſi cui.& vide infrà,de remiſ Et ſcias quod is, qui
teſtes recipit,debet reſcribere,cuius authoritatis,cuius famæ, cu-
iusue conditionis ſint, & de aliis circunſtantiis: vt infrà.§. nunc
24 tractandum.verſicul.hoc autem.†¶Hoc autem ſcias, quod ſi is,
cui iuxta formam præmiſſam teſtium receptio commiſſa eſt,alte-
ri id committat, non valet commiſſio, niſi partes id approbent
expreſſe. Alii dicunt, quod ſufficit, ſi tacite. Quæ dic ſecundum
papam,& dominum meum:vt ext. eodem.cauſam quæ.j.[e] & te-
tigi j̃.§.nunc tractandum.verſicul.debet quoque iudex.& ſuprà,
de iudi.delega §.iam nunc.verſicu.item quid ſi. ¶In ſumma nota
quod ſi teſtes vocati coram iudice ueniunt:is, contra quem pro-
ducuntur,debet attendere, an ſint tales,qui non poſſint teſtifica-
ri puta quia ſunt ſerui,infames, inimici, & huiuſmodi:quæ dic vt
s̃.§.primo.Quod ſi altera pars neget illam cauſam eſſe veram, &
petat teſtem examinari, & cauſæ diſcuſſio reſeruetur in tempus
diſputationis:reſpondeat producens,quod teſtis non eſt ſub con-
f ditione recipiendus [f].De quo,& quæ ſit forma proponendi hu-
iuſmodi exceptiones,dic vt s̃.§.j.verſicu.item quod eſt ſeruus.&
ſeq.& eod.§.in fin.verſicul.in ſumma.¶Item, nota quod in qui-
buſdam caſibus non ſunt teſtes vlterius producendi:quod dic vt
j̃.§.ſatis vtiliter. verſi.hoc etiam no.Quandoque tamē poteſt pe-
ti reſtitutio in integrum ad producendū nouos teſtes:vt j̃. de reſt.
25 in integ §.fi.verſi.quid ſi in cauſa.†¶ Illud quoq; nō eſt præter-
mittendum,quod cum committitur teſtium receptio intra cer-
tum terminum facienda:vt patet ſupra,eod.§.in prima forma.ſic
intelligitur reſcriptum, vt reus intra eundem terminum teſtes a-
ctoris contra ſe in principali producendos, ſi velit & poſſit. de-
beat reprobare alioquin poſt non audietur contra illos:vt extrà,
de proba licet.in princ.& j̃.§.ſæpe.verſi. reus. niſi velit eos de falſi
tate conuincere,vt ibi:quia tunc auditur,dum tamen hoc prote-
ſtatus fuerit ante productionem: alias enim etiam intra dictum
terminum non licet:vt extra,de teſti præſentium ſecundum Pe-
g trum de Samp [g] Hoc non placet: quia bene poſt ipſum terminū
audietur volens reprobare: vt patet extra, eodem.cap. licet. iii.
& infrà, de proba. in princip. quia nec tunc eſſet, qui recipere
poſſet: vt ſuprà, verſicul. ſed quæritur. Nec obſtat præd. De-
cret. de proba. licet. quia ibi terminus datus erat tam ad pro-
bandum, quàm ad reprobandum: vt patet extra, de teſti. cum
cauſam. in princip. quæ loquitur de eadem materia cum illa.I-
deoque poſt terminum ibi non audiuntur reprobare volentes:
vel illud fuit prouiſio papæ, propter, præſumptionem, quæ e-
rat contra Fauentinos:qui cauſa differendi negotium in teſtium
perſonas obiiciebant. Irregulariter enim poſt atteſtationum pu-
blicationes fiunt reprobationes, niſi in caſibus. C. de teſti. Au-
thent. ſi teſtis.& not.extrà,de teſt.cum cauſam in gloſſ.ſed cum
h hæc exceptio.[h]

ADDITIONES

a Ibi patet. ¶ Et ibi poſt principium hoc ſcripſi poſt Innoc. & Hoſt.ſuper verſi.potuit.
b Iudex. ¶ Reaſſumit verba Tanc.ubi s̃.
c Nemo. ¶ Et de iudi.mulieres.in prin. lib. vj. quæ ſine diſtinctione prædicta de mulieribus loquitur.
d Iudex. ¶ Fuerunt Vincen.quos ſcripſi extra.eod.titul. ſi qui teſtium. in fin.
e Cauſam,quæ.j. ¶ Vt ibi plenius ſcripſi ſuper gloſſ.
f Recipiendus. ¶ Dicebat Vbert.de Bob.cuius fuerunt hæc verba,vbi ſuprà, vltra principium:quia actus legitimus, &c.ff.de reg.iuris. actus.
g Pet.de Samp.¶ In præ.decr.licet.ſed non bene fuerunt eius verba recepta quæ ego etiam ibi non curaui:quia non ſtetit in illis ponendo quod infrà ſequitur.verſicul.vel illud.non per diſiunctiuam,vel,ſed per aduerſatiuam, ſed.Item ibi ſcripſeram poſt Innocen.& Hoſti.quod habetur s̃.verſicul.ſed quare.vt ibi etiam dixi. Sed Pet.dixerat quod ſi vtraque pars producat teſtes in principali:& actor impetret recipi intra certum terminum reprobatores,quos producere vult contra teſtes rei in principali productos,intelligitur quod intra idem tempus reus reprobet teſtes actoris.ſi vult: aliàs non audietur.ſed non ſtetit in hoc Petrus,vt predixi.
h Hæc exceptio.¶ In gl.eſt vt s̃.remiſi.dic vt dixi in Decr. ex parte. eo. tit.ſuper gl.huiuſmodi exceptiones.

*SVMMARIVM.*

1 *Forma computationis iuramenti à iudice teſti faciendæ.*
*Iurare cogi poteſt teſtis ad veritatem pro vtraque parte dicendam.*
2 *Teſtis iurare cogitur à iudice,nulli parti ſuum teſtimonium reuelare.*
3 *Iudex,nec partes pati debent,teſtes iurare tantum ſuper articulis datis, quia tunc non admitterentur ſuper contingentibus.*
4 *Teſtis inquiſitus ſuper crimine,aut ſuper ſtatu eccleſiæ,qua forma in quolibet iuramento vtatur.*
5 *Iuramentum teſtis fieri debet coram aduerſario,niſi ſit epiſcopus.*
6 *Teſtimonium à quocunque non iurato prolatum,an valeat.*
7 *Iuramento præſtito ſcribendus eſt conſequenter dies quo iuratum eſt.*

¶De Teſtium iuramento.

a 4.§.Sequitur [a] de teſtium iuramento videre. Iudex er-
go,cum teſtis iuraturus eſt,ſic ei iuramē-
1 tum computabit-FOR.† Tu iurabis.quod dices mihi,vel illi, cui
hoc commiſero inquirendum,totam,& plenam & meram verita
tem,quam credis,vel ſcias de quæſtione tali, quæ vertitur inter
tales,& hoc vſque ad finem litis quoties interrogaberis.3.quę.ix.
hortatur.& in Authen.eo.§.j.collat.vii.35.quæſt.vj.de parentela.
& ca.epiſcopus.& c ſeq.& tam ſuper eo,ſuper quo interrogabe-
ris,quàm ſuper alio.ext.de accu.cum dilectus.j.&c. qualiter.j. in
fi.tamen ibi loquitur in inquiſitione: & quod ſolam veritatem
dices,non immiſcens aliquid falſitatis.ij.q.4.nullam. 3. q. 9. pura.
nec aliquid de tuo adiicies, etiam quod tibi bonum videatur.
extr.de accu.qualiter.j. & c.ſeq.& hoc inuentum eſt, ſecundum
b dominum meum [b]: quia cum quidam depoſuiſſet veritatem,
appoſuit poſtea contrarium in dicto ſuo:& cum poſtea redargue
retur de periurio, dixit quod non deierauerat: quia ſi plus erat,
vtique tanti erat.Item, quod dices veritatem pro vtraque par-
te,C.de epiſco.& cler.Authent.ſed iudex. xi.quæſt.j.nec honore.
14.qu.v.non ſanè. extra, de teſtib. veniens. 2. in fin. Et quod nec
prece nec pretio,nec amore,nec timore, nec priuato odio: ſecus
c de publico,vt quia odit opera ſua [c].86.diſtinct.odia.nec pro com
d modo,quod ipſe vel habeat, vel habere ſperat [d] teſtimonium di-
cet extr.eodem.quoties.&c.licet.§. teſtes. xj.qu.iii.quatuor.4 q.
3.c.ſi teſtes §.teſtium fides extr de teſti.cog cum contra,& c.ſeq.
extr.de re iudi.cum æterni. lib.vj. & in præd. c. de parentela, &c.
epiſcopus. &c.ſeq. & quod ibi dices veritatem, ſicut ſcis.non e-
nim debet dicere per credulitatem.quod ſcit pro certo, vel econ
tra:imo quod ſcit per viſum, dicet de viſu: & quod per auditum,
dicet de

ADDITIONES.

a Sequitur. ¶ Ponit & ampliat verba Tanc.tit.de iuramento teſtium,& hoc vſque ad ver.porrò.coniunxerat autem tractatum de examinatione, quem proſequitur j̃.§.nunc tractandum.
b Secundum dominum meum.¶ In Sum.e.ti.§ qui debent. poſt prin. ſed Azo in Summa huius tit.ver.eſt autem productoris.dicit inuentum eſſe eum, qui iurauit dicere veritatem, dixiſſe duo cōtradictoria:& ſic dixiſſe certum eſſe quod veritatem dixit.
c Opera ſua.¶ Verba Hoſt.ubi s̃.
d Sperat. ¶ In tromittit in tertia perſona.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicet de auditu:ut ſ̃ §.1. ver. item quod non perhibet teſtimoniũ
de.& ver.ſeq & in præd.c.de parentela & j̃.§ nunc tractandũ.ver.
2 in examinatione.†¶Quidam ẽt addunt,& bene, ꝙ nulli parti pan
des teſtimonium tuum, donec publicatæ fuerint atteſtationes:vt
4.q.3.verb.qui falſo.ext.eo.fraternitatis. & ff.eo. qui falſi Et hoc
ideo, ne ex iſtorum dicto alij teſtes producendi ſubornentur. ext.
de teſti.vltra.Si enim hoc non iuret, licet poſt depoſitionem iniũ-
gatur ei in virtute præſtiti iuramenti, ꝙ nulli ſuum dictum reue-
let:non tenetur ad hoc, cum hoc nõ iurauerit:ut ext.de iureiu.cle
ricus.Vltimo autem iudex dicat: Sicut ego dixi ita obſeruabis:ſic
a Deus te adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.[a] Si autem inducit
b ad probandum conſanguinitatem,[b] debet addere in iuramento,
ꝙ ſic audiuit à ſuis maioribus,vt teſtificat̃, & ſic eſſe credit:vt ext.
3 eo.quoties.& c.licet ex quadam.†¶Illud autem notãdum eſt, ꝙ
nec iudex,nec partes pati debent, ꝙ teſtes iurent de veritate tãtũ
ſuper articulis datis: quia ſic non ualeret eorum teſtimonium ſu-
per aliis,quæ contingunt,ſed ſuper illis tantum:ut ſ̃ §.1.ver.item
ꝙ depoſuit.Sed debent iurare ſuper articulis datis, & ẽt ſu p cã:&
ſic ualebit eorum teſtimonium ſuper omnib.ad cãm facientib.vt
c extra de teſtib.c.de teſtibus.[c] 3.q 9.hortamur ext.de accu cum di
4 lectus †¶Porro in cauſa inquiſitionis, aut inquiritur ſuper crimi
ne,aut ſuper ſtatu eccleſiæ. Si ſuper crimine,forma iuramẽti erit
talis,ut ſuper crimine dicat plene ueritatem.ext.de ſimo. licet He-
li.Si vero ſuper ſtatu eccleſiæ inquiritur,duplex eſt forma. Prima
eſt, ut iuret dicere ueritatem de his, quæ credit, & ſcit in eccleſia
reformanda,exceptis occultis:ut extra,de accu.qualiter.1.in fi.Se
cunda eſt, ut iuret quòd ad inquiſita veritatem reſpondebit:vt e.
d tit.cum dilectus.ſecundum Goff.[d] Ego uero talem in hoc articu-
lo trado formam:

FORMA.Tu iurabis,quod ſuper his, quæ ſcis, & credis in hac
eccleſia reformãda,uel etiã ſuper aliis quibuſlibet tam ciuitatis, q̃
diœceſis,& tam in capite,quam in membris quibuslibet ſuper vi-
ta & conuerſatione ipſorum:& tam in ſpiritualibus,quam in tem
poralibus,exceptis criminibus occultis,excluſo timore,odio,uel
amore,plenam & meram,quã ſcis, & credis mihi ueritatẽ dices,
&ad inquiſita & interrogationes meas per ordinem veraciter re-
ſpondebis.Hoc dic plenius ut j̃.§. nunc tractandum.prope fi ver.
porro in cauſa vſque ad fi §. ¶Et no.quod teſtis debet iurare præ
e ſente aduerſario,[e] vel ſe contumaciter abſentante.quod dic vt j̃.
f §.nunc tractandum in prin.& tactis Euangeliis.[f] † Niſi ſit epiſco-
5 pus,qui non debet tangere,ſed inſpicere.C.de epiſ.& cleri.Auth.
ſed iudex.9.q.1.nec honore.extr.de iura. calum. ca.fi.cui & debet
mitti ſacramentum. ut ibi. Quid de presbytero uel diacono? Dic
etiam ad eorum domum mitti: cum ſint in ſuperiori loco, & ſint
perſonæ egregiæ.ff. de iureiur. ad egregias. ſicut fit in iuramento
calumniæ.de iura.calum Auth principales Et ſi cauſa coram ſecu
g lari iudice tractetur,iurabunt coram epiſcopo,[g] ſicut alias contin
git in laico,qui iurat coram ſuo iudice,cum ad aliam ciuitatẽ mit
titur pro teſtimonio.C.de fid.inſtr. Auth.apud eloquẽtiſſimum,
& de epiſcopi licentia,ext. de iur.calu.c.1.Mittitur etiam hoc iu-
ramentum ad ſenes & debiles.quod dicit ſ̃.§ prox. ver.poteſt ẽt.
Item ſi producens eſt pauper, iudex mittet teſtibus iuramentum,
uel dabit eis expenſas: quia tenetur pauperib.prouidere. in Auth.
de mandat.princ. extra.de exceſ.præla.ſicut unire de conſe.diſt.1.
omnes.12.q 2.aurum Forte aliud in delegato.Sufficit enim in eo,
ut ſibiipſi non exigat extra,de vit.& honeſt.cler. cum ab omni.&
h ibi ſecundum. Vincen.[h] †¶ Et nota, ꝙ non ualet teſtimonium à
6 quocunque etiam religioſo,non iurato prolatum.ext.eodem.nu
per.& c.tuis.Omne enim,quod teſtibus adſtipulatur, uerius con
ſtat,cum id adiectio iurationis affirmat:vt 22.q.1.omne quod.Po
teſt tamẽ a parte iudicis authoritate remitti:ut in p̃ ç.c.tuis.& no.
i C.eo. iuriſiurandi[i] niſi cum agitur de matrimonio diſiungendo.
arg.ext.de eo,qui cogno.conſan.vxo.ſuæ.ſuper eo.Secus ſi de cõ-
iungendo.arg.ext.de clandeſt. deſponſa.c 2. Quid ſi teſtis depo-
nit non iuratus:& poſt iuret ꝙ ſic eſt,ſicut dixi? Reſpõ.T.& Goſ.
dicunt non valere.arg.pro eis C. eod.iuriſiurandi Dominus meus
& alij contra,& hoc eſt,ſi eſt bonæ famæ.arg.pro eis de conſec.di-
k ſtin.4.ſi non ſanctificatur.& eſt quæſtio venerealis.[k]¶Quid ergo
l ſi teſtis non vult iurare? Dicit Vber.[l] ꝙ inde tenetur.nam teſtifica
ri,munus eſt publicum,& neceſſarium.ff.quemadmo.teſta.aper.l.
cum ab initio.& l.ſed & ſi quis in prin.extr.de crimi.fal c. 1.vnde
debet damnum reſarcire.ff.de admi. tuto.quidam.in fi.l.tutor.C.
m de excu.tuto.quoniam.[m] Sed Ioan. de Deo[n] iura hæc intelligit in
n principali perſona,cuius malitia teſtis abfuit, uel non iurauit.ext.
de teſti.cogen.peruenit.1.ext.de teſtib.intimauit.& c.conſtitutis.
7 1.teſtes autem aliter puniet:ut dicam j̃.eod §.de teſtium.†¶Iura-
mento autem præſtito ſubſequenter ſcribitur dies qua iuratũ eſt.

ADDITIONES.

[a] Quod diebus feriatis hoc iuramentum recipi non debet, niſi
...rs uel abſentia:uide j̃.de fer. vltra prin. ibi: Item ſi forte.&

b Conſanguinitatem ¶ Per teſtimonium de auditu.

c De teſtib. ¶ De hoc ſatis ſcripſi eod.titu.per tuas.ſuper 1.gloſſ.& vide j̃.§.2. in 1.col.

d Secundum Gof. ¶ In Sum.eo.tit.ſub verbo,iurare debent.

e Aduerſario. ¶ An ſufficiat uocari dominum,cum procurator conteſtatus eſt litem.Item, & quid ſi ex duobus procuratoribus datis in ſolidum cum clauſula.ꝙ non ſit melior.&c.produxit teſtes ille qui non fuerat conteſtatus litẽ. ſcripſi eo.tit.c.2.

f Euangeliis. ¶ 3.q.9.hortamur. & patet id,quod de epiſcopo ſequitur, Vide quod de hoc,& de conſuetudine Italiæ not.in clem.de hæret.c. 1. §.porro. in gl.2. Quid ſi in actis ſcriptum eſt, teſtem coram iudice iuraſſe partibus præſentibus,præſumitur ne vt debuit iuraſſe,ſ.cum Euangeliorum tactura? Materiam dilatare potes per not.ſ̃.eo.§.1.ad fi.uer.ſed quid in prædictis. & ver. ſeq.& iura ibi allegata,ne repetam,cõmuniter tenetur, ꝙ præſumatur tactura in tantum ꝙ transferat onus probandi in reg antem.Cum enim talis negatiua habeat coarctationem loci & temporis, bene cadit in intellectum teſtis. De quo ſatis ſcripſi de elect.bonæ ſuper 1.glo.ſecundum curſum. Facit ad id decr.prædicta,bonæ.§.porro.de renun. in præſentia.ff.de pac.iuris gentium. §.quod ſere.C.ne vxor pro ma.l. 2. Vigor autem præſumptionis inſurgit ex perſona notarij: & de hoc ubi ſupra remitto ex perſona iudicis, qui ad talia debet aduertere.de teſtib.capitulo fraternitatis. in fin. & capitulo tam literis.ibi recipiatis legaliter. Item præſentia partis, contra quam, quæ tacendo videtur factum approbaſſe, cum prohibere potuiſſet iuramentum, ſi fiebat ſine tactura.Facit quod not.de præſump.c. nonne. Et per hæc tria ſit reſponſum ad not.de ele.vt circa.ver.coram.in 3.gl.in fi.lib.6.cum in illo iuramento hæc tria non concurrant.Non obſtat decr.tuis.hoc eo ti.per quam patet,ꝙ expreſſa debet fieri remiſſio iuramenti. Non enim hic loquimur de iuramento,ſed de forma in illo ſeruanda,ſine qua iuramentum bene obligat ad periurium:vt not.22.q 1.in ſumma.Facit quod dixit in quæſtione de teſte non iurato,qui depoſuit falſum:& ſuper regula,non eſt ſine.lib.6. Si vero de iuramento teſtis aliud nõ apparet,niſi quia in atteſtationibus ſcriptũ eſt,Talis teſtis iuratus,examinatus.&c.dicas illud non ſufficere:tum quia aſſertio illa eſt de præterito.nec per eam apparet præſentia iudicis,uel partis contra quam, nec dies: de quibus conſtare debet eod. titu. capitulo 2. de proba.quoniam. Non obſtat lex, Theopompus.ff.de dot.prælegat. ad quam reſpondet,ut dixi in quæſtione prædicta,parte ſecunda ver. nõ obſtat lex. ¶ Adde quòd hanc addit.ſequitur Alexan.conſil.42.lib.4.Et uide verba additionis huiuſmodi circa finem, per Oldra. conſil. 323. incip.circa primum.

g Coram epiſcopo. ¶ Vt patet 14.q.2.ca.quanquam.& uide quod ibi nota.in gl.ſed qualiter.

h Secundum Vincen. ¶ Qui hoc not.eo.tit.c.ſi qui.ut ibi ſcripſi ſuper glo. ſed quare.

i Iuriſiurandi. ¶ Per quam legem Iaco. de Are.tenuit contrarium in ſuo opere.3.colum.

k Venerealis. ¶ 46.& vide quod dixi eo.tit.c.de teſti.poſt prin.

l Dicit Vber. ¶ De Bobio,ibi de teſtibus tractat circa medium,ubi cõtinuus eſt iſte ver.quid ſi quis.ſ̃.§.proximo.

m Quoniam. ¶ Subdit ipſe Vbertus,quomodo probabitur iſtud intereſſe:quærant quos mundi labor exagitat.uide quod dixi ſ̃.eo.§.1.ad fi.verſi. ſed quid ſi cauſam.

n Ioan.de Deo. ¶ In Cauill.lib.5.ſub rub.de quarta productione.

## ¶De Articulis teſtium.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtes in iudicio producens, debet ſuam intentionem in ſcriptis pandere, ſuper qua teſtes examinantur.*
2 *Poſitionibus ab actore in iudicio formatis, eodem modo & reus ſuas formabit.*
3 *Agendum eſt in iudicio ſecundum loci conſuetudinem.*
4 *Admitti non debet ad probandum quod probatum non releuat cauſam.*
5 *Conſtare debet prius de facto, quam diſputetur de iure.*
6 *Agens contra poſſeſſorem eccleſiæ, uel alterius rei, debet articulos formare, & docere de iure ſuo, non de iure poſſidentis.*
7 *Cauſa poſſeſſionis nihil habet commune cum proprietate: & ſunt diuerſæ.*
8 *Pronunciare debet iudex in iudicio de illa re, de qua cognoſcit, & non de alia.*
9 *Articuli obſcuri in iudicio prolati ſuper teſtimonijs per iudicem ſunt declarandi, & coram quibus.*
*In libello & articulis pauca & neceſſaria poni debent.*
10 *Producenti teſtes utile eſt articulos dare, ſuper quibus intendat illos producere.*
11 *Probare uolens intentum ſuæ productionis, quam in iudicio facit, qua uerborum forma utetur.*
12 *Mulier uolens in iudicio probare contractum matrimonium cum quodam, quibus uerbis probabit.*
13 *Forma probationis, qua uti debet uolens ſe abbatem alicuius loci probare.*
14 *Probare uolens teſtem tempore ſuæ depoſitionis fuiſſe inhabilem, per quæ probare debeat.*
15 *Volens ſe dominum alicuius fundi probare, quibus allegationibus utetur.*
16 *Reus uolens actoris teſtes reprobare, quos formabit articulos.*
17 *Plures occurrunt caſus & negotia, quám poſſunt econtra articuli formari.*
18 *Articuli per uerba affirmatiua fieri debent.*
*Negantis factum, aut curſum cauſarum, nulla eſt probatio.*
19 *Articuli in iudicio proferendi, quo caſu ſub diſiunctione ſint formandi.*

a 1 5.§. Nunc vidēdum[a] à nobis eſt de articulis. Super quo ſcire debes, † ꝙ qui teſtes ꝓducit, debet ſuā intentionem ex petitione elicitam dare in ſcriptis, ſuper qua teſtes examinentur: & vocatur illa ſcriptura: quandoque articuli: vt ext. de teſti. cog. c. fin. & extr. eod. ad hæc. alias incipit, præſentium. §. teſtes. lib. 6. Quandoque capitula. extra, eodem, cauſam quæ. & cap. per tuas. & c fraternitatis. Et in plerisque locis vocatur inten-

## ADDITIO.

a Nunc videndum. ¶ Sciendum, ꝙ ars articulandi inter cauſidicos ſummū tenet gradum in curia Romana, & maxime in beneficialib. deuolutis: & caueant curiam intrantes, quantumcunq; ſint magni Iuriſtæ, ne ſuo capite in principio ſuo hanc artem aſſumant, ſed antiquis aduocatis aſsiſtant: vel ſecū habeant ꝓcuratores expertos. Et quia ex p̄dicta circa hunc §. inſtare intēdo, ipſum diuido in ſex partes. ¶ Prima ponit diuerſa articulorū noīa, & diuerſas obſeruantias circa illos, inter quas ponit, ꝙ in certis formis nō dant̄. ¶ Sc̄da ibi: ſiue igitur. oſtēdit, ꝙ articulare eſt cōe actori & reo: qn̄q; ſimul, qn̄q; diuiſim. ¶ Tertia ibi: itē agens dicit articulos fundandos ſuper iure dantis, & circa hoc vnā quæſtionē proſequitur. ¶ Quarta ibi: porro, tractat de additione & approbatione ipſorum, & approbationis effectu, vnam circa hæc quæſtionem interſerens. ¶ Quinta ibi: vt autem. formas articulorum ponit ſuper quinq; cauſis pro actore, ſextā addendo pro reo. Sexta & vltima ibi: hoc quoq;, quatuor circa hoc notanda ſubmittit. ¶ Et circa primum quare dicatur articulus: uide quod ſcripſi eodē tit. præſentium libro ſexto. ſuper gl. articulus. Eſt aūt nomen diminutiuum, deſignās aliquod particulare à genere ſuo ꝑ debitas circunſtātias deciſum. Ad hoc, ff. de præſcrip. uerb. l. naturalis, §. j. in fi. ibi, explicitus eſt articulus ille; do ut des. Ad idem de off. dele. ſuper qōnū articulis. C. quorum app. non reci. l. ab executione. in fi. in Auth. vt nulli iudi. §. pe. ibi: ſupplitia, quib. articuli diſſoluunt̄. ¶ Refert demum author ꝯſuetudinem locorū, in quib. nec poſitiones, nec articuli dant̄, ſed dat̄ petitio, Sed ꝯſtat, ꝙ in quibuſdā fit ecōuerſo: q̄a non datur petitio, ſed dant̄ articuli, qui tunc duplici officio fungi vīr ſ. petitionis & proprie. & in illis interdū obtentū, ꝙ articuli verba generalia vel verba iuris ſicut petitiones ꝯtinere poſſunt: vt ꝙ poterat petitio, articulus ei ſuccedēs poſsit. ff. de noxa. electio. §. & ſi is. Inſt. de act. §. fuerat antea. Si ergo in petitione talia admittuntur. ff. de rei vē. in rē actio. & patet ex not. de libel. obl. c. 2. ergo & in tali articulo, Inquātū tn̄ de articulo iuris loquor, diſtinguo: ꝙ ſi ſimpliciter ꝯtineat merū ius nullo ſenſu corporis ꝑ teſtē ꝑceptibile, bn̄ repellitur: & ſm̄ hoc procedat ꝙ dr̄ j. §. nunc tractādū. ver. quid ergo ſi quis. & j. de poſi. §. 7. ver. 13. ¶ Vbi aūt quid in articulo ꝯtinetur ꝙ aliquo ſenſu corporis percipi poſsit, licet annectatur concluſio iuris, quæ neceſſario ex narratis ſequitur: tunc procedit articulus, & recipiētur ſuper illo teſtes. Recipietur ēt talis poſitio. Exemplum, pono, vel articulo, ꝙ poſſedi talē rē mobilem tali titulo, & bona fide ſpatio triennij incōcuſſe: & ideo ſum dn̄s, admittar. Deponēt teſtes qualificantes hoc factū ſenſui ſubmiſſum, ex quo ius reſultat, licet in articulo expreſſum. Melius tn̄ vr̄ illud relinqui diſpoſitioni iuris; cū de illa parte teſtis interrogari n̄ debeat. ¶ Per eundē modum defendunt̄ articuli ſuper ꝯſuetudine fundati ꝯ obiectionem, ꝙ ꝯſuetudo eſt ius. j. diſt. conſuetudo. Nam conſuetudo dicere pōt tria, actum frequentatum, habitum generatum, & ius ex vtroq; collectum. de primo 25. quæ. 2. ita nos. C. de epiſ. audi. l. 3. De ſecundo, Inſti. de rerum diui. §. pauonum. & §. ſeq. Feræ. n. quæ redire conſueuerunt, quaſi alteratā, & habituatam habent naturam. Et dici ſolet ꝯſuetudo altera natura. ff. ad Maced. l. j. in prin. & ibi no. Et idem de ꝯſuetudine patrisfamilias in loquēdo & vtendo. Primum. ff. de le. j. ſi ſeruus plurīū. §. j. Sc̄m de optio. leg. l. 2. in fi. Ad idem de ingreſſu proconſulis. ff. de off. procon. l. 3. §. pen. De tertio in præ. c. ꝯſuetudo. Inſt. de iur. nat. gen. & ciui §. ꝯſtat Cū aūt ſermones adaptādi ſint materię, ut ſint vtiles: de ver. ſig. abbate. ff. loc. ſi vno. in prin. & fami. ercīſ. & puto. §. j. C. de do. ante nup. l. fi. Et articulus, qui probādus offertur, ſemper refertur ad factum: Fiet de ipſa relatio ad ꝯſuetudinem facti, non iuris. ff. de ver. ob. ſtipulatio iſta, §. hæc quoq;. & de condi. & demon. quibus dieb. §. dn̄s. Sic etiam recipietur conſuetudo in l. de quibus. ff. de legi. dum dicit morib & ꝯſuetudine introductū. & l. cum de conſuetudine illa ergo, quæ includit ꝯſuetudo longa, obſeruantiam ſ. longi temporis, uel tanti, ꝙ de ꝯrio non eſt memoria, quiete, pacifice ſciētib. & patientib. aduerſariis iſta ſunt facti, & probari poſſunt: ergo & in poſitiones & articulos deduci, vt dixi ſupra proxime. ¶ Adhuc ꝯ articulos de ꝯſuetudine opp. eos nō recipiendos: quia non exprimunt illam inductam de conſenſu illius, qui poterat legē ꝯdere. Et, ꝙ rn̄detur illud procedere in conſuetudine, quæ habet vim legis, id eſt, per q̄ iudicatur inter illos, inter quos nō aſſueuit: ut plene ſcripſi extra, de conſue. c. fi. ſuper vlt. gl. Iſta procedit ſolū inter præſcribētem, & illū, ꝯ quē præſcribitur. Et hoc eſt ꝯ naturā legis uel ꝯſuetudinis, q̄ hēat vim legis. ff. de legib. l. iura nō ad ſingulas. & vide ꝙ no. 4. diſt. c. in iſtis §. leges. & benefacit ad propoſitū de ꝯſti. c. j. lib. 6. ut patet ꝯſuetudinē rōnabilem eſſe poſſe ſine Papæ ſcientia, & ligare. ¶ Adhuc opponunt aduocati, ꝙ ſaltem eſt neceſſaria illius ſcientia, cui per ꝯſuetudinē vel p̄ſcriptionem acquiritur. Et inducūt l. j. C. de acq. poſſ. cuius verba, Canoniſta, vide extr. de præb. accedens. in j glo, Sed rn̄detur, illud fallere, qn̄ inferior quaſi ex quadam peculiari cauſa ſuo ſuperiori præſcribendo acquiret: ut ff. pro ſoc. l. 2. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. item acquirimus. ff. de vſucap. l. Labeo. pro empto. l. qui fundum, §. fi. & l. 2. §. Celſus. Cum igitur Romana eccleſia habeat poteſtatis plenitudinem in omnes eccleſias. 2. q. 3. c. penulti. & vlti. de vſu pal. ad honorē. de cenſi. cū inſtantia. verſic. quia nos facit 2. q. 7. puto. & not. 21. diſtin. in nouo. de priuil. ſi Papa, ver. cum enim. libr. 6. quod habent inferiores eccleſiæ, ab ipſa habēt quaſi in peculio ſeparatum a rationib. dominicis domini permiſſu, quo caſu non eſt neceſſaria domini indiuidua vel ſpecialis ſcientia, vel ſpecialiū rerum expreſſa conceſsio: ſed ſufficit generalis: vel, quod plus eſt, ſufficit illud non adimi. ff. de pecu. l. depoſiti. §. ulti. & l. quam tuberonis. §. ſunt quidam. & l. non ſolū. in prin. Pōt ē: rn̄deri per id, quod not. j. de preſcrip. ver. illud etiā. ſ. ꝙ hic eccleſiæ Romanæ nil acquiritur quod ſi haberet, uel ſaltem ſua volūtate habere poſſet. Facit. ꝙ not. 16. q. 4. volumus. Ad primū ꝯuenit Eccleſiaſtes. j. in prin. Sol occidit, & ad locū ſuū reuertit; & ad locū, unde exeunt flumina, reuertūtur. ¶ Itē opponūt aduocati cōſuetudinē, per quā proprius ordinarius nō poſsit punire delicta: fundari ſuper inhoneſto & dare materiā delinquēdi ſubiectis. de ſent. excō. c. vt famæ. cum concor. gl. & ſic nutrire peccata. & per hoc impræſcriptibilis, de conſuet. c. fi. Reſpondeo, hoc falſum, cū ſit à iure expreſsè apꝓbata. de off. ordi. irrefragabili. §. exceſſus. de for. cōpet. cū contingat. ibi indulgentia vel cōſuetudine ſpeciali. Itē eccleſia Romana ꝯcedit talia per priuilegium; & ſufficit. de priuileg. cum olim Propter. & eodem. titulo. capitulo. cum perſonæ. libro. 6. Abſurdum ergo eſt dicere inhoneſtum, quod eſſet apponere eccleſiæ Romanæ maculam, contra id 24. quæſt. j. capitul. omnibus. 32. q. 4. reccurrat. in fi. & Imperio idē agēti. C. de priuile. ſcho. l. ij. libr. 12. Itē æquātur priuilegiū & cōſuetudo ad ius cōe lædēdū. de iudi. nouit. verſi. nō enim. & in præ. decre. cū contingat. Maximè de cuius initio nō eſt memoria. de verbo. ſigni. ſuper quibuſdā. & ibi ꝯcordantiæ. Itē ſic opponūt: vbicunque cōſuetudo, uel præſcriptio habet ꝯriū, ius cōe concludit malā fidē p̄ſcribentis: & ſic ſaltē noſtro iure nō procedit. de præſcrip. c. fi. Facit regula, qui ꝯ. li. 6. Sed reſponde vt ſcripſi poſt Hoſt. de cenſi. ſignificauit. ſuper prima gl. Satis enim eſt, quod papalis conſtitutio præſcribi ꝑmittit illud ius. Facit 23. q. 4. qui peccat Auctoritas igitur papalis, de cuius auctoritate pendēt talia, id permittēs, malā fidē excludit. Facit 11. quæſt. 3. cuncta per mūdū, & cap. per principalem. & l. bene à Zenone. C. de quadri præſcrip. Alias eſſet eccleſiæ Romanæ imponere maculā, ut proxime dixi. ¶ Itē, vt ſcripſi poſt Inn. de reſti. in integ. c. ij. in vlt. col. ſub ver. ſed notādū. ibi: uel, quod longo, præſumirur pro illo, qui longo tempore poſſedit, quod habuerit bonam fidem. Et hoc dictū fortius procedit in præſcriptione, cuius principij non eſt memoria, qua pēdēte multi ſucceſſores inchoātis habere potuerūt bonā fidē, de iure patr. cura. vbi de hoc. ff. pro ſuo. l. fi. Facit decre. j. de præſcrip. in fin. lib. 6. ¶ Itē ſciendum, ꝙ epiſcopi, qn̄ ꝯtra ipſos allegatur exēptio per præſcriptionem, vel aliter, ſolent dicere intentionē ſuā eſſe fundatā, cum exemptio præſupponat priſtinā ſubiectionē. Sed ad hoc rn̄detur per regulā, exceptionem obiiciens. lib. 6. vltra hoc p̄dictam cōcluſionē tollit decr. ex ore. in prin. de priuil. vbi allegabatur a ſua fundatione, monaſteriū liberū & exēptū. Per quod recte dicit̄, ꝙ duplex eſt exēptio. Vna quæ tollit vinculū ꝯctū, & hæc cōis: de qua de priui. cum olim. j. & ij Alia, que impedit ꝯhendū, ut in præd. c. ex ore. cum ꝯcord. ff. de verb. oblig. l. decē. & de ſolu. l. ſi decē. quæ ponunt eundem caſum. ¶ Item qn̄ in articulo exprimuntur actus ex conſuetudine ꝓcedentes, opponūt cauſidici, ꝙ non de illis, ſed de actibus illam inducentibus debuit formari articulus. Et videtur hoc cōgruè dictū præterq̄ in conſuetudine uel præſcriptione, cuius initij in ꝯriū nō eſt memoria. Impoſsibile enim eſſet ex quo de principio non eſt memoria, probare actus, q̄ principiauerunt conſuetudinem. Fruſtra ergo, quæritur, quod inueniri natura non ſinit. Inſti. de inu. ſti. in prin. Quid aūt in hoc caſu deponere habeant teſtes, habetur j. de proba. §. j. ver. vltimo quæritur. vſque ad finē. §. Et abſurdum eſſet dicere illos actus neceſſario in articulo ponendos, de quib⁹ teſtes ſm̄ ibi notata deponere nō tenētur. ¶ Multū etiā habēt cauſidici curiæ in uſu, qn̄ dr̄ de prælato præſcribēte, vel ꝯ quem præſcriptū eſt, vel caſu ſimili, facere articulum & poſitionem, quod talis fuit habitus & reputatus pro prælato, & pro tali ſe geſsit, &c. Et patet j. in primis articulis. & ſtatim opponit articulum inpertinētē, cum illud ſic haberi & reputari nil ſuffragaretur propoſito: quia non ꝯcludit eū fuiſſe talem ff. de mor. inferen. l. longa poſſeſsio, ius ſepulchri non tribuit ei, cui iure non ꝯpetit. Reſpōdet articulans duplicem nominationem & reputationē, uerbalē ſc3 & realē. Prima in ſola nominatione conſiſtit, & aliquando multū proficit. Inſti. de adop. §. fi. C. de Lati. liber. tol l. vna. §. ſimilique modo. Regulariter parum. ff. ad munici. l. Imperatores. & vide de proba. per tuas. in j. gl. Nam parum proſunt verborum folia. j. quæ. j. Marcion. Reàlis autem multum proficit. ff. de leg. 3. ſeruis vrbanis. j. & ij. reſpō. ff. de fur. ſi ſ accepto. & ad Macedo ſi pater. Cōſtituit etiam eandē quaſi poſſeſsionē prelaturæ canonicæ filiationis, & ſimilium. ff. de lib. agnoſ. l. j. §. Iulianus. de quæſtio. l. j. §. ad queſtionē. C. de ꝓba. l. non epiſtolis. & l. non nudis. & vtrobique de hoc. Item in materia principali oſtendit ſcientiam aduerſarii, quæ neceſſaria eſt in præſcriptione incorporalium. C. de ſeruitu. & aqua. l. ſi aquam. & talem quaſi poſſeſsionem reddit legitimam, quaſi aduerſariorum ſcientia roboratam. C. de acquir. poſſ. nemo. per quæ apparet verba illa, quæ communis habet uſus in oī foro accedere propoſito, & eſſe pertinentia. ¶ Item ſolent ſuꝑ præſcriptione exēptionis formare capitula, ꝙ per tēpora, de quibus capitulatū eſt, Romani Pontifices perſonas illarū eccleſiarū, monaſteriorum, uel capitulorum, ex immediata ſubiectione viſitare & corrigere conſueuerunt. Statim opponitur, articulum obſcurum: quia non declarat, qui fuerint illi Romani Pontifices, uel per quos viſitauerint, vel quos correxerint: addentes, articulum probandum per teſtes ſuper correctione non admittendū: cum illud probari debeat per ſcripturam. Inducunt. C. de man. prin. l. vna. 97. diſtin. nobiliſsimus. & quod ibi not. & extra de priuileg. cum olim. j. Sed ad hoc rn̄detur, actus in c. deſcriptos attribui dignitati, non perſonę. extr. de offi. deleg. quoniam. ff. de annu. leg. l. annua. §. Titia. Pro quibus facit quod ſcripſi poſt Inn. de ſen. exc. ſi uere. ad fin, magnæ. gl. Certus ergo eſt articulus, cū certa ſit dignitas. Et fruſtra perſona quæritur, cn̄ qd̄ intenditur, iā habetur. Facit ff. quemad. teſtamē. aperi. l. ſi in duobus. 2. reſp. de uerbo. oblig. cum ſeruus. & ibi no. Itē articulus dicit, ꝙ ꝑ tempora. &c. illud, per habeat duo notare, ſ. actus perfectionem, & temporis continuationem. ff. de verb. ſign. vrbana. §. pernoctare. de bonis eorum, qui ſibi mor. con. l. 3. §. ſin autem. & de adult. l. 2. in prin. Articulus ergo intelligitur de omni ſummo pontifice intra tempora capitulata: & illi ſunt certi, uel ex eis multi: & ſic articulus eſt certus. Itē ſufficit dici factū, vbi non refert quis fecerit. ff. de peti. hære. item veniunt, §. petitam, & de admini. tut. l. quidā decedens, §. ult. ff. ad Velleia. q̄uis. §. planè. Facit quod not. de excep. pia. libr. 6. ſuper verbo. nomen. Generalitas enim tunc obſcuritatē parit, qn̄ non eſt vniformis conditio incluſ[...] ſub generalitate. extr. de ſponſa. c. de muliere. C. de tranſact. [...] Vel non intelligitur quid loquens ſenſerit, cum ſermo va[...] ctū. ff. de iur. ſiſ ita fidei. quorū neutrū eſt hic. Eodē mod[...] correctione dr̄: q̄a nō refert qualis fuerit, maxime q[...]

rigit,ſ.cum nihil immunet corrigendum:vt de tutore.qui patrimonio pupilli optime compoſito nil habuit authorizare.ff.de adm.tut.ſi tutor. Bene facit quod ſcripſi poſt Inn.de cape.mo.c.2.in fi.magnæ gl. cū ſuis remiſsio. Ad id quod de ſcriptura ſubiiciunt:reſpondetur,illud verum, ſi corrigendus id petat.Eo caſu loquuntur & procedunt allegata. Cum autem de actu prius exercito,ad quod fuit remiſſus viſitator,quæritur,vt hic,teſtis id habens notum de illo optime deponit.C.de fide inſtru.l.emancipatione. & l.ſi ſolennibus.& de teſt.l.teſtium. ¶ Interdum etiam in articulis dr̄, quod ſedes apoſtolica per tempus,cuius de ꝯrio nō eſt memoria,fuit in ꝯtinua poſſeſſione,uel quaſi immediatæ ſubiectionis eccleſiæ preſcriptionē allegantis Statim opponitur illud ſtare nō poſſe:quia cum ſit res inanimata,actū aliquem exercere nō poteſt.Reſpondetur,ꝙ articulus non loquit̄ de actu exercito:ſed de poſſeſſione præſeruata.quod bene cadit in ſedem uel eccleſiam, vacantem,quo ad cōtinuandam poſſeſſionem & præſcriptionem.ff. de vſu cap.l.nūquam.§.vacuum.& l.cœptam.& l.iuſto.§.nondum.& dixi continuā dam:quia illā non inchoat hæres ante aditam:vt ibi.Et licet poſſeſſio non ſit penes hæreditatē iacentem.ff.ſi quis teſta.lib.eſ.iuſ.ſit.l.j. §. Scæuola. & ſic per ſolā aditionē non quæritur adeunti.ff.de acquiren.poſſ. cū hæredes. nō tñ ſic eſt in dignitate,quę proprie iacere non dī,eo ꝙ dño ſuo non moritur,ſed adminiſtratori:& ſic poſſeſſionem non perdit. De hoc ſatis ſcripſi poſt Inno.& Hoſti.de cauſa poſſeſ.cum ſuper.in magna gl.Adde,ꝙ hucuſq; iſta ſunt verba formalia.Ol.q̄ melius uidere potes ꝯſ 245.inc.ad obiectus q̄ fiūt ꝯ epm̄ Lingon.& cōſilio 254.inci.q̄a tota pars decani:ubi ꝑ verba aliquantulū diuerſa eādē materiā proſequitur.& conſi.clxxii.inci.quia omnes fere obiectus. ¶ Nūc videndū de articulis, quos cauſidici impugnationes vocant,cauſatis in beneficialibus cauſis à decr.vt circa.de elect. lib. vi. Et formatur talis caſus.Primus.Cal.Februar.impetrauit eccleſiā ſancti Petri vacātem per mortem ſui rectoris.Secundus impetrauit eandē Cal. Martii. Per appellationē ſcd'i deuoluta eſt cā ad curiā,& format ipſe talē articulū: Ponit T.& ꝓbare intēdit T.ꝙ A.rector quondā eccleſiæ ſancti Petri,deceſſit tali anno poſt primā diem Febr.& ante primam diē Martii.dicit primū articulū non admittendū:quia prima pars eius impugnatiua, & ex appellatione non deſcendit:q̄rit̄ quid iuris? Vr̄ vera obiectio: q̄a oīs ille articulus impugnatiuus dr̄,qui per ſe tantū conſideratus ius alterius impugnat. Et idem ſi alteri articulo in iudicio ꝓducto adiunctus id agat. Probat̄ hoc ſm̄ præ.l.ff.de aqua plu.arcend.ſi aūt plures.in fi.& de flumini.l.pen.ꝑ quas patet flumē dici nauigabile,ſi per ſe,vel per aliud adiūctū. nauiget. Sed ſic in ꝓpoſito:prima pars articuli ponit impetrationē primā factam de beneficio viuentis:& ſic ſupreptitiam, quod non licet, ex quo ex appellatione non deſcendit.Immittit em̄ in alienū.ff.ſi ſer.ven.l.ſicuti. §. Ariſto. & cum vltima pars,ſcilicet,ꝙ deceſsit ante primam diem Martii, ſufficiat ad ius ſuū:hoc demōſtrat primā ſimpliciter nociuā:& ſic repellendam. ff. de aqua plu.arcenda.l.1.§.item aiunt.& §.deniq;.& de leg.præſtā. virilis.§.2.Inducit ēt l.3.§.ſi duo.ff.ad Carb.vbi ſi ex duob.alter dicit ſe ſolū filium: & alter dicit & ſe filium, primus non patitur, ſed facit ſtatus controuerſiam. Per prædicta patet,ꝙ nō diceretur articulus impugnatiuus in his terminis: cū ad epiſcopum & capitulum ſpectaret beneficii collatio: epiſcopus excōmunicatus fuit Cal.Martii: & capitulū illud mihi contulit die ſequenti, quo audito eps̄ illud cōtulit Titio: cā ēt ꝑ meā appellationē deducta ad curiā; bene potero ego formare articulū, epiſcopū fuiſſe excommunicatum Cal. Martii,uel eſſe excōicatū xi.ipſius mēſis:q̄a hoc expedit iuri meo. Per qđ apparet ſolū capitulū mihi potuiſſe cōferre,ne ſe.vac.c.vno.lib.vi.licet ergo id mihi.C.de iud.l.quoteis.ff.de libe.lega.l.antepe. in fi.Nec iniuriā facit opponēs,quē excuſat ꝯſeruatio ſui iuris.ext de elec.cū eccleſia, vbi concordantiæ in gl.3.Probatur hoc,quia omnis obiectus aut eſt in perſonam, aut in formā vt in decre.vt circa.Sed iſte in neutrum cadit;quia in aduerſarii pſonā nil dico,nec in formam:quia non dico excōicatum epm̄,cū cōtulit illi:ſed excōicatū cum collatio facta fuit mihi:licet ex facti accidentia ſit,ꝙ excōicatio vtrunque tempus includit.vnde ſcripſi in decre. ꝯſtitutione.clem.de electio.in prin.V.G. decre. vt circa. locum non habere eū dico ius eligendi,vel conferendi deuolutū ad electorem,vel collatorem meum. Et iſte eſt caſus nr̄,cū dico deuolutū ad vnū de altero duorū, vel de duob. ꝯſortibus:dico alterum effectū inhabilē,ita ꝙ alter ſolus ius corporale habet exercere.ff.de bo.poſ.ꝯ tabu.l.ſi poſt mortē.§.liberi.ff.de ſti.ſer.l.1.§.ſi cōis.& l.proinde.in fi.cū l.ſe.Concludo igit̄,ꝙ ſecundum decre.clemen.ꝯſtitutionē.de elec.vitiat rigorē decre.vt circa. qui ſolū immittendo iuri ſuæ pſonæ,vel eccleſiæ,appellat à ꝓuiſione.Primū ſcilicet pſonæ ꝓuiſione conſiſtit in iuſtificādo iure ſuo,ſine quo deficeret, etiam ſi cōpetitorem uel obiectorem non haberet:ſecundū,quod requirunt pſonæ habilitas.ꝯferentis poteſtas,& modi ꝯgruitas ad rē collatā.huic ꝯcor.ff.de ꝯfirma tuto.l.naturali §.1.& fi.extr.de ſimo.& ſi q̄ſtiones.Hæc enim ſunt canonizantia actum,qui ſine his comitantib.eſſe nō p̄t. & ſic directe & proprie ſunt de iure ipſius: facit de re iudic.abbate.ad fi.lib.6.& ff.de vſufruc.l.2.ff. de le.1.ſi fundū.§. q̄ fundū.in fi.Quæ igit̄ directe alterū horū reſpiciunt,non ſunt impugnantia, q̄ñ non iſta,ſed illa,ꝓprie immittunt in alium.Et lex dicit, ꝙ quiſq; in ſuo ſolo facere p̄t,ꝙ vult:licet per id alius damnificetur,dummodo in aliū non immittat etiā fragmēta,ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.Ariſto. & de dam. infect. l.Proculus.Talis ergo defenſionē ſibi permiſſam trahit ad alterius impugnationē prohibitā,ꝯ decre.cum inter.in fi.de excep.Facit ff.ad Carbo.l.3. §.ſi duo.alle.s̄.Bene facit ad hoc ſolutio ꝯrietatis duarū legum.ff. de accuſ. l.ſeruos.& C.de adult.quoniam Alexandrū.Prima dicit, ſeruo accuſato, ēt à domino,omnem defenſionē cōpetere,ac ſi daretur libero.Secunda dicit,ꝙ dño eū accuſante de adulterio,ipſe nō excipit de lenocinio.Huic ꝯrio datur ſolutio.quod ſibi cōceditur defenſio,quæ ipſum tueatur & defendat, ut uerbū ſonat:ſed nō q̄ alterum aggrauet,qualis eſt illa lenocinii: ut ff. de adul.l.2.§.ſi publico.& C.eo.l.ita pudor.alias,ita nobis.Adde,ubi hāc ſcđ ā addi.inuenies.Ol.ꝯſ.116.inci.Titius impetrauit 15.die Februarii. vbi Ol. dicit ita fuiſſe ſnīatū ꝑ do.Ber.Rolandi.in palatio Apoſtolico.¶ Viſo dē pſona ꝓuiſa,dicamus de pſona opponente,quæ appellauit,quia cōtēpta: opponit illi,ꝙ ſeruauit decreta,ut circa,q̄ requirit ſeruari,ubi opponit in perſonā uel formā,ſed iſtud eſt in forma:ergo,&c.Sed hoc eſt falſum: q̄a peccatum in forma reddit electionē nullā,ſed nō ſic in cōtēptu uocā di. de elect. eccleſia.2.q̄a nec etiā annullandā illā reddit,niſi hoc petēte ꝯtēpto,qui tñ retificare poſſet.de elec.ꝙ ſicut.de præb.cū in eccleſiis.lib.6.cū concor. ff.ſi ſer.ven.l.2.Eſt autē iſtud ius proprium contempti, pro quo ſibi competeret confeſſoria,uel quaſi. de quo ſatis ſcripſi poſt Inn de verb. ſigni.abbate. ſuper j.gl.in qua habet quis de ſuo iure, non de alieno docere. ff.ſi uſusfrul pet.l.vti frui.Item is, qui dicit aliquid ad ſe ſpectare ratione perſonæ, ue. officij,delator non eſt:ſed cauſam propriam agit de perſona.C.de delato.l. j.lib.x.De officio,ff.de iure fiſ. fiſcus in quæſtione. §. j. Proſequens aūt ſuū contemptū,eſt talis: quia dicit ad ſe & ſuū officiū pertinere colligere. ergo propriam cauſam agit.Item eligere eſt fructus quaſi poſſeſſionis iuris canonicalis,ut poſt Inn.ſcripſi de reſti.ſpol.in literis. in prin. & de reli. do ſcum dilectus.in gl.hoc ſatis.opponens ergo contemptum,fructum rei ſuę defendit.Quis igitur negare p̄t, quin propriā cauſam agat. Hæc ſint dicta ad robur eius, quod notaui in clem. conſtitutionem. in prin.5.gl.vbi exemplum poſui de contemptu.Adde Old.conſi.183.incip. ꝙ proſequēs contemptū. vbi,verba ſupra dicta inuenies. ¶ Et quia j̄.ver.ſiue igitur. dicit auctor, ꝙ iudex ſtatuit terminū ad articulādū,q̄ro nunq̄d poſt terminū articulare volēs,audiat̄?Diſtinguūt q̄dā,an ſit ad id,uel nō ſit,perēptorius terminus aſsignatus: vt audiat̄,ſi non fuit peremptorius: ſi fuit, talis non audiat̄ de iure cōi per beneficium reſtitutionis ſic:de reſtit.in inte.coram.Alij diſtinguunt cauſam criminalē a ciuili: & in criminali accuſatorē diſtinguunt ab accuſato:ut accuſator poſt terminum non audiatur:cū accuſatio ſit genus illaudabilis intētionis.2.q.3.ſi quis epiſcopus.Facit C.qui accu.non poſ.ſi ea lege. ff.de accu.l. cum Titia. Nec hic eſt locus reſtitutioni. ff.de min. l.auxilium. Bene facit ꝙ etiam de excipiente ſcripſi poſt Compo. de elect. quod ſicut. circa prin.vltimæ col.ver.ſed pone ſicut. In articulis autem accuſati reuo lueretur hæc ratio.Facit j̄.de accuſa.licet. ſed diſtinctio perēptorij expreſſe non vr̄ procedere: cū poſt litē ꝯteſtatam dicatur oēm terminum haberi pro peremptorio.Sed in hoc auctor noſter variat,vide s̄.de dilat.§.j.verſic. & no.& §.uidendum. poſt princip. & verſi. quid ſi data. cum ſua remiſsione.Adde,ubi plenius hanc addi,inuenies,Old.conſi.167.incipien. ante omnia conſiderandum eſt.

tur intentio.Et q̄ñque aſſertiones.6.q.vlti.actor.extra eodem ti.
ex parte A.ad fi.de quibus aliquid eſt dicendum.Sciendū eſt igit̄,
ꝙ ſm̄ quorundam morem locorum non fiunt poſitiones, nec
ēt articuli:ſed ſtatim lite ꝯteſtata,& præſtito iur̄o,iudex loco po
ſitionum & articulorum,reum interrogat ſigillatim ſuper quoli
bet membro libelli:qui ſi negauerit,interrogat eodem modo te
ſtes actoris, ſuper quolibet mēbro libelli Sed curia Romana ali-
ter obſeruat.Nam ibi lite ꝯteſta, & præſtito iur̄o, actor ſuas for-
mat poſitiones,quas facit de mente libelli,dicens:ponit T.&c.ut
dicemus j̄.in titu.de poſitio §.v.Quòd ſi eas reus negauerit, for-
mat,& dat articulos in ſcriptis ad inſtar poſitionū,dicens:Inten-
dit probare T.&c.Quidam aūt breuius ſe expedire uolentes, di-
cunt ſic:Ponit T.& probare intēdit,&c.& tunc poſitiones nega-
tas dant pro articulis.prædicta ꝯſuetudo probat̄ in præ.dcre.præ
ſentium.&c.per tuas.C.de excep.ſi quidem. ff.de iureiur. ſi duo.
2 §.Iulianus.† ¶ Eodem ēt mō reus,format,& dat in ſcriptis poſitio
nes & articulos,ſuper eo quod ad ſuam defenſionē probare intē
dit.Expedit enim fieri articulos,& etiā uerbo proponi:ut appare
at ſuper quo teſtes producent̄,& deponent: vt s̄.§ j.ver.item,ꝙ
depoſuit.& C.qui legit.pſo.l.fi.ibi:obreptitia,&c.& ut melius te
ſtes examinentur,& ut uideatur an ſint pertinētes,& qualiter ſu
per eis ſint interrogatoria formāda:ut ext.de teſti.ad hoc.alias in
cipit,præſentiū.lib.6. Nam quandoq; aliqua petita in genere,in
articulis ſpecificantur:ut no.j̄.de lib.concep.§.fi.uer.cautus etiā
ſis.vnde ſæpe plura ponuntur in articulis, q̄ in libellis: vt patet j̄.
a in forma articulorum.[a] † ¶ Si tamen non dentur articuli,vbi nō
3 eſt de conſuetudine, ꝙ dentur, non credo eſſe peccatum. Nam
ſm̄ loci conſuetudinem iudicandum & procedendum eſt. extr.
de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.cum ueniſſent.11. diſt.in his re
bus.12.diſt.ſcit ſancta ext.de conſue.ad noſtram.de proba.ſicut.
Quod aūt articuli dandi ſint,& in ſcriptis, dixi s̄.§. qualiter autē.
in prin. & ver. deinde. Siue igitur actor, ſiue reus probare inten-
dat, iudex eis terminum ſtatuet ad articulos formandos: quibus
exhibitis fiet parti alteri copia, vt uideat an ſint pertinentes, uel
non: & utrum contingant negotium, de quo agitur: ut extr.de
proba.cū cauſam, quæ. quod dic ſecundum papam, ut in præ.c.
4 per tuas.& s̄.§.qualiter aūt.in prin.† Non enim debet quis ad ꝓ-
bandū admitti,quod probatum non releuet cauſam ſuam. C. de
proba.ad probationem.j.ext.de off.dele.cum contingat.in fi.cū
ſuis concor.Quandoque tamen cauſa litis abbreuiandæ,cum arti
culi ſunt obſcuri, uel longam recipiunt diſputationem, iudices
eos admittunt,ſaluo iure impertinentium:ſicut & poſitiones, ut
b dominus meus in præ ca.per tuas. Bononiæ[b] tamen non fit par-
ti,ſed ſolum iudici,ſeu tabellioni copia articulorum quos inten-
tionem uocant: ſed ſolum uerbo parti dicitur: ad quam quidem
intentionem ſibi uerbo tenus dictam formant interrogatoria hi,
contra

a Articulorum. ¶ Et clem.de ver.ſig.ſæpe.ver.& quia. dicit articulos dari ad clariorem probationem.

b Bononię. ¶ In foro ſeculari,dixit Aegid.ea.l.de eccleſiaſtico dixit contrarium. Sed poſsibile eſt,ꝙ ſic ſeruabatur ſuo tempore: ſed hodie ſeruatur cōtrarium in utroque foro:quia dantur articuli in ſcriptis parti, contra quā, ut formet interrogatoria.

contra quos teſtes inducuntur. Et no. quod articuli & poſitiones
utriuſque partis debent ſimul procedere: & tamen una pars dicit
articulos ſuos eſſe probatos: & ideo partis alterius articulos non
eſſe admittendos: non audietur imo admittetur ad probandum il
los: dum tamen ei non obſtet teſtium publicatio, uel aliud huiuſ-
modi: ut infrà, §. ſatis. uerſi. nec etiam. & uer. quod autem. In tem-
pore diſputationis iudex uidebit, cuius partis validiores erunt ꝓ-
bationes. C. de edic. diui Adria. tol. l. fin. circa medium. & in auth.
de teſti. §. ſi uero. colla. 7. ubi dicitur, procedat quidẽ teſtatio: hoc
5 autem in tempus diſputationis reſeruetur. † Prius enim debet con
ſtare de facto, quàm diſputetur de iure: ut ĵ. de diſputa. & allega.
§. nunc uidendum. in prin. ¶ Quod ſi ille dicat, quod licet articuli
partis alterius pertinentes ſint, ipſe tamen alia probabit, uel in-
continenti offeret ſe probaturum, per quæ quaſi totum determi-
natur negocium, propter quod probat per eum circa ſuam excep
tionem tantum cognoſcendum, & tractandum eſſe. Reſpondebi
tur, quod hoc locum haberet. ſi ſic allegans confiteretur intentio
nem & articulos alterius partis: vt C. de excep. ſi quidem. ubi dici-
tur. Si uero de hac confitendo te exceptiones; munitum propo
nas: de hac tantum agi conuenit. Ad idem extra. de excep. cum
uenerabilis. uerſic. intelleximus. ſecus ſi negat. Si enim per talem
modum excluderentur articuli partis alterius, ſic approbarentur
a probationes iſtius circa negotium principale [a]. quod quidem fie-
ri non debet, niſi in ſententiæ prolatione: & ſequeretuur etiam in
conueniens, quia ante concluſionem, & ante diffinitiuam per in-
terlocutoriam negotium principale determinaretur: cum tamẽ
iudex nulla diuulgatione debeat promere animi ſui motum circa
negotii deciſionem ante ſententiam: ut C. ad l. Cor. de fal. ubi. Cę-
terum ubi articuli dicuntur eſſe impertinentes, & propter hoc re
pellendi: ſi iudex inuenerit ſic eſſe, eos caſſabit: ut in præd. l. ad pro
bationem. & in præ. decre. cum contingat. ff. de interrog. act. l. ſi ſi-
ne. §. ſi peculio. & l. filius cum patre. & tunc difinitiua ſententia ſe-
6 cundum iuris tramites ſubſequetur. † ¶ Item agens contra poſſeſ
ſorem eccleſię, uel alterius rei, debet articulos formare, & docere
de iure ſuo, nec poteſt articulos, uel poſitiones facere contra re-
um poſſeſſorem ſuper iure illius: quia & ſi ille nullum ius habe-
at, tamen abſoluetur actore non probante: ut vi. q. ult. actor. ex-
tra, de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. & de iureiur. c. fi. Vnum-
quemque enim de iure ſuo, non de alieno experiri oportet. ff. ſi
b ſer. uen. loci corpus § competit. ff. ſi uſus fr. pet. l. uti frui [b] ext. de
conceſ. præben. poſt electionem. ubi obtinuit ille H. quia poſſide-
c bat: & aliter non oſtendit de iure ſuo [c]. † ¶ Sed pone, ago contra
7 re poſſeſſorio, quia me eccleſia ſpoliaſti: do in cã articulos, qua-
liter illam eccleſiam poſſidebam, & qualiter me illa ſpoliaſti: &
ad colorandam meam poſſeſſionem do articulum quod eã poſſi
debam ex collatione talis epiſcopi, & ſic tango petitorium: quæ-
ritur, an ſit talis articulus admittendus? Et uidetur, quod non. C.
qui legi. per ſo. l. ſi quia cauſa poſſeſſionis nihil habet commune
cum proprietate: & diuerſę ſunt. ff. de excep. rei iud. & an eandẽ.
ff. de acqui. poſ. naturaliter. § nihil commune. & l. permiſceri. Itẽ
cum non agatur de proprietate, etiam ſi ea nõ ſtaret, ſuper ea nõ
ꝓnunciabitur, ut dicã. Ergo nõ debet ad probãdum admitti, quod
probatũ non proſit, ut dixi. Sæpe tamen de mandato domini Cle
mentis papæ IIII. tales articulos admittimus ad poſſeſſorium co-
lorandum. arg. extr. de prob. licet. non ad alium effectum: quia nõ
8 ad aliud, ſcilicet ad proprietatem, eſt actum. † ¶ Et de qua re iu-
dex cognouit, de illa, & non de alia pronũciabit. ff. de iudi. de qua
re. ext. de ſimo. licet Heli. Maxime autem hoc locum habere po-
teſt in beneficiis, quæ non poſſunt poſſideri ſine canonica inſtitu-
tione extr. de inſtit. ex frequentibus. 2. qu. j. legum extr. de eo qui
mit. in poſſ. eum qui. li. vi. Ad hoc facit, quod no. s̃. §. j. uer. item ꝙ
depoſuit. & ſeq. imo etiam dicunt quidam, ꝙ non debet in bene-
ficiis eccleſiaſticis fieri reſtõ: niſi is, qui petit reſtitui, prius oſten-
dat de ſua canonica inſtitutione, ſiue de titulo ſuo: vt 3. q. j. c. De-
us. argum. §. patet. & in proxima concor. licet aduerſarius ei de ꝓ-
prietate referens quæſtionem audiendus non ſit: ut ext. de reſtit.
d ſpol. in literis: ubi de hoc ſecundum Papã [d]. Approbatis enim ar-
ticulis & examinatis dabit pars aduerſa interrogatoria contra te
ſtes, de quibus ĵ. proxim §. dicam. Porro articuli, ex quo in curia
Romana probati ſunt ei, cui teſtium receptio ſuper his commit-
titur ſecundum formam traditam, s̃. eod. § qualiter. uerſi. poteſt
etiam nullam ſuper his contradictionem, uel diſputationem, ad-
mittet: ut in præ. decr. præſentium. § poſtea. argu. C. de teſtam. o-
mnium. 35. q. 9. Apoſtolicæ ext. de iudici. cum ueniſſet. 24. q. j. arre
9 cta. ext. de confirm. uti. c. i. & 3. † ¶ Sed pone, auditor generalis pa
latii domini papæ interlocutus eſt remiſſionem in aliqua cauſa fa
ciendam in Hiſpaniam, uel alio ſuper probatione alicuius exce-
ptionis peremptoriæ, uel etiam negotii principalis: ut in præ. de-
cre. præſentium. & de proba. licet. dati ſunt articuli, & conuentũ
eſt de loco, & de iudicibus inter partes: poſt hoc is, contra quem
dati ſunt articuli, dicit eos obſcuros & declarandos per iudices
interrogationum: ut extra de fide inſtrumenti. cum Ioannes.
prope fin. Reſpondetur, quod auditor non poteſt amplius in-
terrogare, argum. extr. de offic. de leg. in literis. Sed coram exa-
minatoribus teſtium declarabuntur: dic quod hæc coram audi-
tore ipſo fient, qui claros & examinatos debet articulos mitte-
re: nec examinator teſtium ſuper his aliquam diſputationem
admittet, ut prædixi: & ſic obtinuit. & argum. hoc in præd. ca.
e cum Ioannes. prope fin. & ff. de teſtib. curent [e]. Conſulo au-
tem, quod in libello & articulis pauca neceſſaria ponantur: ut
quis à probationis ſuperfluæ onere releuetur: & quæ probabi-
lia uidebuntur: quæ dic, ut infrà. de libello concepti. §. fina. uer-
10 ſicu. & in ſumma. † ¶ Eſt autem ut plurimum utile producenti
teſtes, dare articulos, ſuper quibus intendit eos producere. Non
enim iudex, nec etiam ſunt ſemper teſtes ita inſtructi & de fa-
cto & de iure, quod ſciant de omnibus neceſſariis reſponde-
re. Ei autem, contra quem producuntur, non eſt multum uti-
le, niſi quo ad hoc, quia eis ſcriptis melius ſciet interrogatoria
formare, & contra intentionem producentis ſe diſcretius præ-
munire. Horum etiam articulorum ſeu capitulorum præben-
dorum expedit fieri copiam partibus: ne poſtea paſſim audian-
tur, dicentes fortè quod teſtes ſuper eis deponere, ſeu interro-
gari non debuerunt. Sed licet id non fiat, nihilominus ualet eo-
rum receptio. Audietur tamen libere contradicens, & diſpu-
tans ſuper eorum impertinentia. Vt autem, quæ diximus, ex-
f emplo ſubiiciamus, nota, quod quandoque [f] quis uult proba-
re, quod aliqua eccleſia eſt ei ſubiecta, uel debet ſibi ſubeſſe.
Quandoque mulier uult probare matrimonium: quia contra-
xit cum Titio, quem petit in uirum. Quandoque aliquod mo-
naſterium uult probare, quod bona Titii ſpectant ad ipſum eo,
quod eſt, uel fuit monachus, & profeſſus eius. Quandoque quis
uult probare exceptionem, quam propoſuit contra teſtes. Quan
doque agit quis rei uendicatione ad rem: & ſic de aliis exem-
plis. In quolibet ergo caſuum præmiſſorum articulum forme-
mus. In primo autem caſu concipe libellum, ut no. infrà. de maio.
& obed. uerſic. epiſcopus autem. ſuper quo titulo articuli ſic for-
mantur:
11 FORMA articulorum. † Intendit probare talis epiſcopus
Biterren. ſeu procurator eius, contra P. quod ipſe habetur ab o-
mnibus habitatoribus eiuſdem diœceſis pro epiſcopo. Item,
quod poſſidet iura epiſcopatus, adminiſtrat, & agit, & contra-
g hit ut epiſcopus: ſed de his duobus non eſt uis [g] Item intendit pro
bare, quod dictus P. ſe gerit pro rectore talis eccleſiæ. Item, quod
dicta eccleſia eſt intra fines Biterren. diœceſis ſita. Item intendit
probare, quod dictus P. predeceſſores eius, qui pro tempore ibi
fuerunt, conſueuerunt eidem epiſcopo, & eius prædeceſſoribus,
qui fuerunt, pro tempore, manualem obedientiam facere. Item,
quod epiſcopus Biterren. ibi conſueuit rectorem inſtituere & de
ſtituere. Item, quod ipſe P. & alii, qui fuerunt pro tempore re-
ctores eiuſdem eccleſiæ conſueuerunt accedere ad ſynodum Bi-
terrenſem temporibus conſuetis. Item, quod ibi conſueuerunt
uenire

## ADDITIONES.

a Principale. ¶ Et manifeſtaret iudex per eum eſſe probatum.

b Vti frui. ¶ Ad idem ff. fa. erciſ. l. his conſequenter: & ibi no. & ff. ſi ag. vecti. l. 2. ff. qui po. in pig. ha. l. ſi prior. §. ſi ſimpliciter & ext. de reſcrip. olim. & vide. ĵ. de emphyt. §. ſi. uer. 66.

c Iure ſuo. ¶ Ver. ille debet intelligi, quando articuli, quos format actor de iure poſſeſſoris, non fortificant ius actoris Eo enim caſu, quo fortificant, certum eſt quod licite format articulos ſuper eo. Pone exemplum, antequam collatum eſſet actori beneficium, quo poſſeſſor fuerat à iure, uel homine priuatus: ſuper hoc habet neceſſe formare articulos per quos appareat beneficium uacaſſe. cum alias ſibi facta collatio non tenuiſſet, de conceſ. præd. capit. 2.

d Papam. ¶ Et eo. tit. ex parte. vbi ſcripſi in gl. quaſi dicat, vltra medium. & uide quod no. in cle. de cauſa poſ. c. uno in ult. gl. ¶ Adde per Io. And. in rub. de reſt. ſpol. in addi. & Lapum alleg. 25. Et an ſufficiat ad reſtitutionem confeſſio aduesſarii titulum confitentis, do. de Rota. conſi. 401. & 405. tenent, quod ſic, in odium ſpoliãtis: & quod petens ſe reſtitui, non ſit audiendus. niſi doceat de canonica inſtitutione, uoluit Old. conſ. j. Adde tu quod in cauſa ſpirituali non reſtituitur ſpoliætus, niſi probet titulum coloratum. Do. de Rota in antiq. decico. dclxxix. Item adde, quod ſpoliatus reſtituetur hoc caſu probando ſibi poſſeſſionem traditam per clauium traditionem. Idem do. de Rot. in antiquis deciſi. 717.

e De teſti. curent. ¶ De poſitionibus, uide, idem ĵ. de poſitioni. §. v. uerſicul. item ſcias.

f Quandoque. ¶ Secundum Bonagui. & Aegid. quorum fuerunt exempla quæ ſequutur.

g Non eſt uis. ¶ Et Bonagui. illos non poſuit. & uide quod s̃. dixi. [illegible] tum etiam.

venire ꝓ ſcripturis ꝓ chriſmate, ꝓ baptiſmo, & ꝓ capitulo cele-
brandis. Itē ꝙ tanto tempore uenerunt, ꝙ de eius ꝯ̃rio memoria
non exiſtit. Itē intendit probare, ꝙ ſententias excõicationis, ſuſ-
penſionis, & interdicti in dictum rectorem, & eius prædeceſſo-
res, & eccleſiã ipſam latas ꝓ tempore à dicto epiſcopo & eius p̃-
deceſſoribus, ꝯſueuerũt inuiolabiliter obſeruare. Item, ꝙ iidem
epiſcopi ibi ꝯſueuerunt corrigere, reformare, viſitare, procura-
tiones recipere abſque aliqua ꝯ̃dictione: & ſic ꝑ aliis. Item inten
dit probare ꝙ de pręmiſſis omnibus & ſingulis eſt publica vox &
a fama [a]. Hæc probãtur ext. de maio. & obedi. his quæ. ext. de off.
ordi. ꝯquerente. ext. de capellis mona. c. 2. & in multis aliis. ext. de
reſti. ſpo. olim inter. Et aduerte, quia quoties immutatur genus
b articulorũ, toties repetunt̃ illa uerba, Itē intēdit probare. [b] † ¶ In
12 ſecundo vero caſu ꝯcipe libellum, vt ĩ. de ſponſ. §. ſequitur. & ſic
formabit articulos. Intendit probare Berta, ꝙ die talis anni, ipſa
& Titius in domo, uel loco tali ꝯuenerunt: in quo tales & tales e-
rant præſentes. Item intendit probare, ꝙ idē Titius eã deſponſa
uit. Itē, ꝙ eam deſponſauit per uerba de præſenti. Item, ꝙ eã ſub
arrhauit, annullũ in eius digitum immittēdo. Item, ꝙ ꝯ̃xit matri
monium cum ea. Item, ꝙ dixit in hũc modum: accipio te in meã
vxorem, & ꝙ ipſa immediate reſpondit: & ego te recipio in meũ
virum. Item intendit probare, ꝙ de his eſt publica vox & fama. p̃-
miſſa ꝓbantur ext. de ſponſa. ſi inter. & c. cum in tua. & c. ad id. ex
tra. de deſpon. impu. c. fi. ext. de re iud. tenor. ext. deſpon. duorũ.
c. j. & c. licet. ¶ Si vero Berta velit agere poſſeſſorio: vt ĩ. de ſpõſa.
§. & porro. formet articulos qualiter ipſa fuit in poſſeſſione, vel
quaſi ipſius viri: & qualiter ipſe vir eã traduxit ad domũ: & eã vt
vxorē tractauit in domo, lecto, & menſa, & de tꝑe cohabitatio-
nis: & qualiter ſe nominabant, & cõiter, habebantur vir & vxor
& qualiter eã a ſe abiecit. & qualiter ꝯmodo huius poſſeſſionis
eã deſtituit, ſiue ſpoliauit: & qualiter diu cohabitauerunt, vt dixi
13 † ¶ In tertio quoq; caſu ſic formabit. Intendit ꝓbare talis, ꝙ ip-
ſe eſt abbas Villæ magnæ. Itē ꝙ habetur cõiter ab omnib. pro ab-
bate, Itē ꝙ agit, ꝯ̃hit, & adminiſtrat, vt abbas. Sed iſte non erunt
neceſſariæ, niſi de hoc ꝯ̃ ipſum exciperet̃. Itē intēdit ꝓbare, ꝙ T.
fuit monachus eiuſdē monaſterij. Itē ꝙ illud fuit ingreſſus. Itē, ꝙ
ibi ꝓfeſſionē fecit in manib. prioris vel abbatis. Itē ꝙ ibi vixit vt
monachus, & habitũ monachalē geſtauit. Item intendit probare
ꝙ in ipſo ingreſſu ſe & ſua oĩa expreſſe obtulit Deo, & ipſi mona
ſterio. Itē intendit probare, ꝙ tempore ſui ingreſſus, talis fundus
ab eo poſſidebat̃. Itē, ꝙ ipſe eũ tunc, vt proprium poſſidebat. Itē
intendit probare, ꝙ de prædictis omnibus & ſingulis eſt publica
uox & fama. Præmiſſa probãtur ext. de renuncia. ex tranſmiſſa.
C. de ſacroſan. eccl. auth. ingreſſi. xix. q. ultima. ſi qua. ext. de ſuc-
ceſ. ab inteſta. c. fina. de probationibus, in præſentia. ext. de regu-
14 la. cum ſcimus. & cap. porrectum. † ¶ In quarto ſic formabit: de
c quo habes infra, eo. §. ſæpe. [c] Intendit probare, quod talis teſtis ꝯ
d tra ſe inductus erat tempore depoſitionis [d] excommunicatus. I-
tem, quod erat pauper. Item, quod erat propter paupertatem ſu
ſpectus. Item, quod cauſam iſtam reputabat ſuam propriam. Et
ſic de aliis exceptionibus ſupra. in §. j. poſitis, cum ſuis concordã.
15 † ¶ In quinto concipe libellum, vt infra, de cauſa poſſeſſio. &
proprieta. §. notandum. uerſic. aliæ ſunt. & tunc ſic formabit arti-
culos: Intēdo probare quod talem fundum à Titio emi. Item, ꝙ
tali tempore emi. Item quod pro tanto pretio. Item, ꝙ talibus &
talibus præſentibus. Item, quod idem Titius mihi eum vendidit.
Itē, quod eum mihi tradidit. Item intendo probare, ꝙ ipſe eſt pa-
terfami. Item, quod eſt talis perſona, quæ potuit vendere. Itē, ꝙ
dictum fundum tenui & poſſedi. Item quod eum detines. Vel po
tes probare tibi fuiſſe datum, uel præſcripſiſſe: uel ad te ex patris
ſucceſſione pertinere: & ſic de ſimilibus. Hæc probantur infra. §.
16 nunc tractandum. uer. viſo. & ſequenti. † ¶ Reus quoque, qui
vult teſtes actoris reprobare, ſic formabit articulos: Intendit pro
bare P. quod A. & B. teſtes contra eum ab H. in cauſa tali produ-
cti ſunt, & erant infames tempore ſuę depoſitionis. Item, quod
erant infames ex tali cauſa. Item, quod erãt periuri. Itē, quod de-
ierauerunt in tali cauſa, vel non compleuerunt quod iurauerunt
& ſic de aliis: vt infra, ſæpe. uerſicu. hac igitur. Et hoc ſufficiat ex
empli gratia poſuiſſe: nec enim eſt hic amplius immorandum.
17 † Nam cum plura ſint negotia, quam uocabula: vt ff. de præſcrip
tis verbis. natura & extra, in proemio. in principio: non poſſu-
mus in ſingulis caſibus articulos formare. Et infra, per totum tra
ctatum libellorum poſitiones inuenies formatas, quæ in modi-
co ab articulis diſtant, vt prædixi. De quibus etiam poſitionibus
tractatus ĩ. ſubiicietur ſpecialis: & ſecundum negotiorum uarie-
tatem ſtudioſus aduocatus articulos variabit, & minuet, & addet
18 prout negotio viderit expedire. † Hoc quoque animaduerten-
e dum eſt [e], quod articuli per uerba affirmatiua fieri debent, non ꝑ
negatiua: quia negantis factum, aut curſum cauſarum, nulla eſt di
recta probatio: ext. de electio. bonæ. j. ext. de probatio. quoniam
contra. de recunciat. ſuper hoc. in fin. vi. quæſtione ultima. actor
quæ eſt C. de probatio. quod dic vt ĩ. de probatio. §. primo. Hoc
etiam not. quod in articulis & probationibus. poſſum declarare
colorare, ſpecificare, & ampliare quæ in petitione continentur,
ſubſtantia non mutata. arg. ext. de appell. conſtitutis. prope fi. &
de fide inſtr. cum Ioannes. & de re iud. abbate ſane. § fi. lib 6. & ſ.
f ver. ſed pone, cum multis ſimilibus [f]. † Itē articuli non ſunt ſub-
diſiunctione formandi: niſi forte vbi agit̃ de alieno facto, in quo
probabilis eſt ignorantia: vt ff. de iuris & facti ignoran. regula. tũc
enim poſſunt ſub conditione formari. argumen. ext. de in integ.
reſtit. conſtitutus. Et no. ſecundum papam ext. de reſcri. ex parte.
& de præſcri. auditis. Illud autem nõ eſt omittendum. nam ſi de-
diſti articulos, ſuper quibus teſtes debent examinari: & aliquis ex
illis articulis dolo ſeu incuria iudicis ſit omiſſus, quod præſumi-
tur ex eo quod ſuper illo teſtes non depoſuerunt: publicatis atte
ſtationibus poſſunt te petente iterum teſtes ſuper illo requiri.
Nec obſt. teſtium publicatio: nam nouus cenſetur articulus, &
non vetus. argument. extra, de teſtibus. per tuas. ut infra, § ſatis
vtiliter. varſicu. nec etiam. & uerſicu. quod ergo. Si autem ex cer
ta cauſa iudex omittit interrogare, puta quia non debet: tunc eti
am ſi pars ab initio ſuper capitulis ſeu articulis eos interrogare
petiit, non tñ iterabit̃ interrogatio. Sed ſi capitula ipſa eſſent par
tib. pręſentib. approbata, & poſtmodum aliqua eſsēt omiſſa, bñ
g iteraretur interrogatio ſuper illis, vt dixi [g]. De interrogationib.
autem,

ADDITIONES.

a Et fama. ¶ De hoc articulo omiſſo in examine, vide ꝙ dicam in fine.

b Probare. ¶ Et concord. ĩ. §. proxi. uer. is quoque. De hac dictione item, di-
ſputauit Iac. de Bel. quod vide in authen. vt cum de appel. cog. in 3. mem-
bro quæſtionis.

c §. ſæpe. ¶ Verſ. hac igitur uia.

d Depoſitionis. ¶ No. hoc verbũ quod pluries repetitur in uerſ. ſ. proxi. alle
ga. & ĩ. verſ. 2. ꝙ facit ad quæſtionem notatam. ſ. §. 2. uer. quid ſi teſtis. Et ꝓ
ſolutione mea, ad quam ibi remiſi. Item non putes, quod in hac exceptione
uel intentione ſufficiat iſta generalis locutio: licet facienda ſit ſpecificatio.
Et videbis. infra. de except. §. uiſo. uer. ſed quoniam. & infra. de poſitio. §. v.
poſt princ.

e Animaduertendum eſt. ¶ Secundum ipſum Bonagui. & Aegid.

f Similibus. ¶ Plus dico, ꝙ qui per lapſum termini articulos nouos dare nõ
poteſt, datos poterit declarare. Nil enim nunc dat, qui datũ declarat. ff. de
teſta. hęredes. §. j. & ibi cõcor. in vlt. gl. Facit ext. de dila. literę. Sic ēt uide-
mus in iudice, qui ſuã ſententiã reuocare non poteſt. C. ſen. reſcind. nõ poſ-
ſe. l. 1. & de ſen. & interlo. l. poſt ſententiã. quã tamē declarare & interpreta-
ri poteſt. Et de hoc in præ. §. 1. in gl. pen. De hoc ext. de poſtul. c. i. in gl. nota
ꝙ. & ſcripſi de ver. ſig. olim. ſ. uer. aperiendũ. Et id uerũ, durante officio, ut
ſcripſi eo. tit. ex parte. tertio, in ult. gl. Plus dico, ꝙ etiam illa declaratio hic
eſt implicita articulo, ꝙ una cũ illo fingitur manaſſe. Bene facit ff. de hære.
inſt. l. aſſe toto. vbi nominatus in codicillis cēſetur in priori teſtamento in-
ſtitutus. & ibi quęre concordantias in vlt. gl. & in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cõd.
& dem. Bene facit in auth. de filiis ante do. inſtr. na. ante fin. vbi interpreta-
tio reſpicit ius interpretatum. Hinc eſt, ꝙ declaratio ꝯſtitutionis, ad tem-
pus conſtitutionis refertur: in prorogatione ſecus. Sufficiat decr. ꝯſtitutio-
nem. de regu. j. reſp. lib. 6. Siue igitur declarans dicatur implicitũ declarato
ſiue dicitur connexum & vnitum, ſiue dicatur cõſequens vel depēdens, om
ni caſu dicetur tēpore primi reſponſi emanaſſe. Et ad hæc tria facit 8. diſt.
quo iure. in ul. gl. cum iuribus ibi allegatis. Reſumēdo primũ de implicito
bene facit ff. ſi ex nox. cau. ag. 1. l. fi. de pact. iuris gentiũ. §. dolo malo. in fi. de
iureiur. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. & §. ſeq. Ad ſecundũ de cõnexo &
unito, ext. de ꝯſti. trãslato. ext. de appel. c. pe. C. de diuer. reſcript. l. 1. Bene
facit C. de nat. liber. auth. itē ſi quis. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. ex hoc edi-
cto. Ad tertium de conſequente, uel pendente facit de ꝯſti. nam concupiſcē
tiam. ubi ꝯcordãtiæ in gl. arg. ff. de acq. hæ. ſi qs heres. 1. reſp. in fin. ibi: ſunt
eñ appendentiæ, &c. & C. de lati. lib. tol. l. vna. §. ſed & ſi quis homini. Ex
his concluditur, quod prædictorum quodcũque ſumatur hic declaratum,
nõ dicitur habere temporis diuiſionem à primo reſp. ſed cenſebitur tunc fa
ctum. Simile de temp. ord. literas. & quæ dicta ſunt de articulis, dicta etiã
circa poſitiones intelligas. ¶ Adde, quod pro hoc facit quod conſuluit An
ge. conſ. ccvi. incip. inter ordinamenta. quod ſi per aliquam ciuitatem ordi
natum ſit imponere impræſtantias pro tribus vel quatuor annis futuris, ſe-
cundum quod eueniet, abſque declaratione: & impoſita prima impræſtan-
tia anteq̃ veniat ſecũda, aliquis decedens bona ſua relinquat pio loco: qđ
ſi deinde fiat declaratio dictarum impræſtantiarum, quod nihilominus bo-
na ſunt obligata impræſtantiis: quia hæc declaratio trahitur ad tempus, in
quo impoſitæ fuerunt impræſtantiæ: licet in confuſo. alle. & ipſe l. aſſe toto.
& l. hæredes palam. & l. inſtitutio talis. de condi. & demon.

g Vt dixi. ¶ Diſputauit dñs meus in legib. de accuſatore. q. duos articulos for
mauit ꝯ̃ accuſatũ. Primũ ſuꝑ crimine per eũ cõmiſſo: ſcm ſuꝑ fama. Teſtes
depoſuerunt ſuꝑ primo tñ, ſuper quo ſolo fuerunt interrogati teſtes in fine
dicti ſui, dicentes ſe nil plus ſcire: poſt publicationē accuſator petit eos in-
terrogari ſuper ſcdo articulo de fama. opponitur, ꝙ ꝑ illa uerba qb. dixe-
rant ſe nil plus ſcire, vñr depoſuiſſe ſuꝑ articulo famæ: q̃rebatur qđ iuris?
Et tenuit illos interrogari debere. Faciũt ſupradicta alle. ff. de arbit. qualē.
§. ſed ſi de plurib. & l. quid tñ. in prin. ſicut ēt iterato deponit, q. obſcure de-
poſuit. ext. e. tit. cũ clamor. Ad ꝑ̃riũ reſpondet, ꝙ ꝑ illa gñalia uerba nõ pt
dici depoſuiſſe ſuꝑ eo, de quo non fuit interrogatus. Intelligũt ergo dixiſſe
nõ plus ſcire, ſ. de veritate criminis, ſuꝑ quo deponebant. Nõ obſt. ꝙ allocu
ti fuerint producentē: q. a illud ꝓcedit, cũ primũ dictũ corrigunt. ſ. §. 1. uer.
itē, ꝙ teſtes. hic aũt ſupplent omiſſũ. Nec obſtat timor ſubornationis, qui
ꝓcedit ꝑꝑ publicationē examinatiõis, & interrogatoria examinata: vt di-
xi e. ti. fraternitatis. in 7. q. hic uero ſuꝑ illo capitulo examinatio nõ eſt fcã
vnde nõ plus timetur ſubornatio, q̃ in prima ꝓductiõe, cũ quo ad illud iſta
uere ſit prima. Ad caſum facit ꝙ nota. ĩ. parte 3. de noto. cri. § fama. in fin.

autem,quæ fiunt ſuper circunſtantiis non contingentib. principale negotium,ſi omittantur,quid iuris ſit,dicam ȷ̃.§. proximo, ver.item caute.Qualiter autem in cauſa inquiſitionis formabitur inquiſitorium,dicam ȷ̃.§.nunc tractandum.ad finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Articulis in iudicio datis,petere debet is,contra quem teſtes ſuper eis examinari debet,terminum ad danda interrogatoria.*
*Interrogatoria quæ ſint.*
*iuris neceßitati non ſubijcitur,quicquid iudicis poteſtati permittitur.*
2 *Iudicis religio debet ſupplere,quod à lege cenſetur omiſſum.*
3 *Dilatione ad danda interrogatoria habita,debet aduocatus illius, contra quem agitur,articulorum copiam contra ſe datorum habere.*
4 *Interrogatoriorum ſuper articulis quorundam agentium in §. nunc videndum.deſcriptis forma.*
5 *Interrogatorium in caſu quo agitur de contractu matrimonij, quomodo poßit formari.*
6 *Interrogandi modus,ubi agitur de venditione,quis ſit.*
7 *Quæſtionum genera ſunt duo.*
8 *Interrogatoria generaliter fiunt in omnibus cauſis circa pſonas & dicta.*
9 *Danielis exemplum de interrogando de loco,in quo id, de quo agitur, factum ſit.*
10 *Interrogatio facienda eſt de tempore,quo id,de quo agitur,actum ſit.*
11 *Teſtes deponentes de facto ſucceſſiuo , non habent neceſſe ad idem tẽpus ſe referre.*
12 *Teſtes probare & concordare debent de tempore,vbi tempus eſt de ſubſtãtia contractus.*
13 *Probare volens iuriſdictionem,& per teſtes eam exercuiſſe, licet diſcordent in tempore,loco,& cauſis,&c.non nocet.*
14 *Recordari tenetur teſtis de loco & perſona melius & expreſſius,quam de tempore.*
15 *Iudex omnibus modis debet inueſtigare veritatem & falſitatem.*
16 *Teſtes diuerſi ſunt concordandi,ſi fieri poteſt.*
17 *Teſtimonium de diuerſo tẽpore vel loco nocet, vbi factũ eſt irreterabile.*
18 *Conſona interrogationi quæ ſint.*
19 *Interrogatoria circa perſonas teſtium,quomodo fieri debeant.*
20 *Teſtis interrogandus de alicuius percußione,de quibus fieri debeat interrogatio.*
21 *Dans interrogatoria,mutare debet verba,quoties mutatur genus articulorum.*
22 *Teſtis an poßit de proprio vitio interrogari , uidelicet an ſit peccato irretitus,per quod teſtificari non poßit.*
23 *Principalis interrogatus de infamia teſtis,quem produxit,an reſpondere teneatur.*
24 *Iudex debet aſtutiam quorundam aduocatorum,teſtium dicta annihilare volentium repellere.*

¶De interrogatorijs

6.§.Iam de interrogatoriis videndum reſtat.Sunt aũt interrogatoria,interrogatiões,quas pars uult fieri ſup negotiis,circunſtantiis,teſtibus contra ſe inductis , ext.eo. ad hæc.alias incipit.præſentiũ.§.teſtes lib.vi.& cap.per tuas & de his nõ debet dari copia parti teſtes producẽti , propter periculũ
a ſubornationis, ſecundum Vber.[a] Vinc. & dominus meus idem
b notãt in præd cap.per tuas [b].Poteſt etiam eſſe & alia ratio : quia ipſa dãtur ad inſtructionem examinatoris : qui ſi interrogauerit ſuper alio quam debet , non fit in hoc partibus præiudicium.ar.
c ff.de interro.l.fi.Papa dicit,quod ſi iudex [c] faciat parti copiã,non peccat:ſed facere non tenetur.Secrete ergo dabuntur iudici:& iudex per ſe,uel per aſſeſſorem eas corriget,& ſuperfluas reſecabit
d vt iam ȷ̃.verſic.fin & ſi qua illis deſint,ex officio ſuo ſupplebit,[d] arg C.vt quę deſunt aduoc.par.iu ſup.l.vnica.ext de poſtula. p̃la.bonæ.j. Ad officium enim eius ſpecialiter pertinet teſtem interrogare,& de circunſtãtiis veritatem inquirere diligenter: ut ȷ̃.
1 eod.§ proxi.per totum.†¶Datis igitur articulis,de quibus s̃.proxi.diximus:is,contra quem teſtes ſuper eis debent examinari,petat terminum ad danda interrogatoria,& talis dilatio ei dãda eſt
e quia ſic eſt de conſuetudine introductum [e]:quæ eſt legum interpres,ext.de conſuetu.cum dilectus.ff.de legib.l.ſi de interpretatione.11.diſt.in his rebus.licet hoc non ſit expreſſe iure cautum. Nõ enim quicquid iudicis poteſtati permittitur iuris neceſſitati
2 ſubiicitur.ff.de iudi.l.non quicqd †Imo quod à lege omittitur, à iudicis religione ſuppletur:ut ff.de re iudic.ſi ſe non obtulit.§.ſi quis.& ext de exce.exceptionem.Vel dic,quod ſatis talis dilatio à iure dari conceditur,ex quo facultas dandi interrogatoria ſua-
f detur : vt in præd concor ad hoc [f] & capit.per tuas. Nec enim in mora modici temporis eſt periculum.ff.de iu.l.ſi debitori Modi
g ca tamen erit, ne pars producens grauetur in exhibendo [g] teſtes & huiuſmodi.Quandoq; tñ articuli formãtur,& interrogatoria dantur,priuſquã teſtes producantur:& tũc non eſt periculum, ꝙ malitioſa mora fiat in interrogationibus formandis. & ſic in cu-
3 ria Romana ſeruatur.†¶Habita ergo dilatione huiuſmodi,aduocatus eius,contra quem teſtes,ſeu articuli dantur , habeat copiã articulorum contra ſe datorum.s̃.§.prox.verſi.ſiue igitur. & eos
h velut ſpeculum diligenter intueatur [h] : & ex his ſua formet interrogatoria:ſicut & arbiter compromiſſum intueri debet,ne quid vltra illud faciat ff.de arb.non diſtinguemus.§.de off. & §.arbiter Si enim ſuper aliis,quæ ad cauſam nõ faciunt,interrogari petat, vt ſæpe uidi fieri,non auditur,nec valeret:quia ſuper hoc teſtes deponerent non iurati ext.de teſti.c.de teſtibus.Imo iudex illud ex ſuo officio,& quicqd ſuperuacuũ repererit,cãcellabit: ut 77. diſt huius.ne fruſtra membranas occuparet.xix.diſt.ſi Romanorum.& omnis ſuperfluitas eſt reſecanda:ut C.de ſen.ex breuicu. reci.l.2.ext.in Prooemio Decretalium.§.ſane.C.de no. Cod. fac. l.i.C.de prob.ad probationem.ext.eod.cauſam.& omnis imper
4 tinentia:vt ex.de teſti. præſentium. lib.vi. † ¶ Interrogatorium autem ſuper articulis s̃.§.prox.formatis,ſic ſcribetur & cõcipietur Forma interrogatorii:Hoc eſt interrogatorium cõtra teſtes P.Iſtud erit loco ſupraſcriptiõis deinde ſubiiciat:Domine iudex ad veſtrum ſpectat officiũ diligenter cuncta rimari,& rerum ordinem plena inquiſitione diſcutere.30.qu.vlt.iudicantem.extra de fide inſtrumentor.cum Ioannes. prope finem. Proinde uobis ſupplico,ut teſtes partis alterius diligẽter,non perſunctorie,examinetis:& ab eis prudẽter ſup quolibet articulo q̃ratis de ſingu
i lis circunſtantiis.23.q.8.occidit.& extra,cap.cum cauſam.quæ [i]. videlicet de cauſis,loco,tempore,auditu,viſu , ſcientia , credulitate,fama,certitudine,& aliis:vt in præ.c cum cauſam,quæ quæratis ẽt de fide teſtium & conditione:an ſint nobiles.uel plebeii: infames,uel irreprehenſibiles:diuites,vel egeni,& ſuſpecti: an lucri cauſa deponant:an ſint amici vel inimici alterius partis: an de viſu,uel de auditu deponant 4.q.3.c.ſi teſtes §.teſtium.& 2.q.i.in primis. uerſi. ſed & de perſonis Quæratis etiam de rei cõfinibus ext.de lib.obla.c 2.ff de cen forma.Quæratis etiam,utrum ſit de iuriſdictione,uel de familia uel commenſalis,uel conſanguineus producentis:& vtrum doctus uel inſtructus fuerit teſtificari, & quam partem mallet obtinere,& de eius ætate :& an concordauerit cum aliis teſtibus ſic dicere:& de omnibus cicunſtantiis, q̃ poſſunt & debent animum iudicantis mouere : & de quibus iura dicunt & concernunt à teſtibus eſſe quęrendum.qui nota.C. de teſtibus.auth rogati.& de his & aliis iam ȷ̃.dicetur.¶Ad ſpeciem etiam deſcendatis ſic.Super primo genere articulorum primi caſus,ſi teſtes dicant dictum epiſcopum communiter haberi à ſubditis pro epiſcopo,quæratis quomodo ſciunt,& qualiter ſciunt, quod adminiſtret,poſſideat,agat & contrahat ut epiſcopus:& vbi,quando,& in quo eum viderunt haberi & adminiſtrare, poſſidere,agere , & contrahere ut epiſcopum. Item quibus præſentibus,& quot.arg.vt s̃.de actore.ver.item contra prelatum. & ſe. ¶ Item ſuper ſecundo genere , ſi teſtes dicerent dictam eccleſiã eſſe intra fines dioeceſis Biterrenſ. quęratis qualiter hoc ſciunt, quęratis etiam de limitibus dioeceſis,qui & ubi ſint.¶Item ſuper tertio genere,ſi dicant manualem obedientiam fuiſſe epiſcopo præſtitam:quęratis qualiter hoc ſciunt,& quid ſit manualis obedientia:& quando,& ubi,& quibus,à quibus, & quibus pręſentibus pręſtita fuit:& an nomine dictę eccleſiæ,uel alterius pręſtita fuit , & ubi ,& quando , & à quibus,& per quos chriſma,uel alia petita, vel facta fuerunt:quę in eodem genere continentur,& an nomine dictę eccleſię,uel alterius.Si uero dicant ſe audiuiſſe, q̃ratis à quo, vbi, quãdo, & quibus pręſentibus,& à q̃bus, & quoties

ADDITIONES.

a Secundum Vber. ¶ vbi ſæpius s̃.dixi in 3.col.
b Per tuas. ¶ Vbi ſatis dixi ſuper j.gl.Iac.de Ame.in fine ſui operis,interrogatoria dixit edẽda per l.1.§.edenda.ff.de eden. vbi dicit,illa omnia edenda,quæ quis apud iudicem editurus eſt.Sed dic, vt ſequit , ꝙ ad inſtructionem examinatoris dantur:item,edentur cum atteſtationibus.
c Si iudex.¶ Innocẽt.non ſic expreſsit de iudice:unde Hoſt.putat eum dixiſſe de parte.uide vbi ſupra.
d Supplebit. ¶ Per rationem quæ ſequitur , licet Vbert.dixerit contrarium, ſcilicet,quod debet minuere,non addere:quia illud eſſet ſupplere de facto. Hoc dictum Vber.non poſuit Io.de Deo in cauil.de teſti.ad fi.lib.v. quia ſibi non placuit.
e Introductum. ¶ Verba fuerunt Vber.de Bonagui.ubi s̃.& idem no.e. titu. præſentium.lib.6.in gl.interrogatoria.
f Ad hoc. ¶ Id eſt,præſentium.e.tit.lib.6.& ante illã nõ habebamus textũ , ꝙ pars ꝯ quã produceret,tũc daret interrogatoria.& decr.per tuas.quę ſequitur,non probat hoc,quæ loquitur de articulis producentibus teſtes.
g Exhibendo. ¶ Id eſt,procurando.
h Intueatur. ¶ Verbum Bonagui.
i Cauſam quę.¶ Id eſt de circunſtantiis,ergo ſuper articulis,ad quæ probanda producuntur,ab eis quærendum eſt:ſed non debet interrogatorium co[illegible] tinere nouum capitulum pro aduerſario:puta cum produco teſte[illegible] bandum mutuum:tu petis illos interrogari,an ſolueris. De h[illegible] bes facere capitula,& ego interrogatoria ſuper illo.

ties audiuerunt.¶ Item ſuper quarto genere, queratis de ſenten-
tiis, à quo, & ex qua cauſa, & in quos, quãdo, & qualiter: an ĩ ſcri
ptis, uel ſine, & an cauſa expreſſa, vel non, vel quibus pręſentibus
latæ fuerunt, & vbi, & qualiter, & quando, & à quib. fuerunt ob-
ſeruatæ: & quis epiſcopus, quos uel quem, uel quando correxit,
vel reformauerit in dicta eccleſia, & qualiter hoc ſciunt. Item
ſi dixerit eſſe conſuetum, uel conſuetudinem: quęratis quid ſit cõ
ſuetudo, & qualiter inducatur, & qualiter dignoſcatur, & an idẽ
ſit conſuetudo, quod lex ſcripta. Item quæ eſt cauſa, uel ratio ip-
ſius conſuetudinis, & an hodie ſit, vel ceſſet dicta conſuetudo, &
quot actus eam inducant, & an, & quoties fuit pronunciatum ſe-
cundum eam, & ubi, & per quos. ¶ In quinto genere, ſi dixerit de
hoc fore famam publicam: quæratis à quo, & vbi, & quoties audi-
uit, & an illi erant amici, uel inimici, & an bonæ, uel malæ famæ, &
quid ſit fama publica, & quot homines eam inducãt, & ubi ſit pu-
blica fama, & an fuit fama publica ante motam litem, vel poſt.
¶ Quid iuris autem ſit, cum teſtis diffinit notorium, uide ĩ. de no
5 to.cri.§.iam de notorio.uer.ſi uero ſint notoria alijs. †¶ In ſecun-
do uero caſu, cum agitur de contractu matrimonij, ſic poteſt in
terrogatoriorum formari:
FORMA. Domine iudex, &c. vt ſupra in præcedenti forma, vſ
que ibi: ſuper primo genere articulorum, &c. Iunge, ſi dicit quòd
ad talem domum, uel locum conuenerunt, quæratis qualiter hoc
ſcit, & qua hora, & quo anno, & quo die, & in qua, & in cuius do-
mo, uel qua parte domus, uel loci, vel in qua camera: & an domus
illa haberet ſolarium, vel eſſet terranea. Quæratis etiam de confi-
nibus domus, uel loci. Quæratis etiam qui fuerunt præſentes, &
an fuerunt plures, quam ipſe nominauerit. Si uero extra domum
a fuiſſe contractum matrimonium, quæratis an in uia, uel in inuio.[a]
Et ſi dixerit in via, quæratis in qua, de qua parte, uel latere viæ, &
de eius circunſtantiis. Si dicat, quòd in platea, quæratis in qua, vel
qua eius parte & de eius confinibus, & ſic de aliis. ¶ Super ſecun-
do vero genere, ſi dixerit ꝙ eam deſponſauit per verba de præſen
ti quæratis quomodo ſcit, vtrum uiſu, uel auditu. Et ſi dixerit ꝙ
viſu, quæratis utrum in ipſo actu deſponſationis ſtarent, uel ſede-
rent contrahentes: & quibus ueſtibus erant induti: quæratis etiam
qua manu, & in quo digito immiſit annulum, & an eſſet aureus,
uel argẽteus, uel qualis, an cum lapide, uel ſine, & an ipſe, uel alius
immiſit. Si dixerit quod audiuit: quæratis vbi, & à quibus, uel qui-
bus præſentibus, & quando: utrum ante litem motam, uel poſt au
diuit. Quæratis etiam de verbis, quibus dicunt per uerba de præ-
ſenti contractum eſſe: & quæ ſint uerba præſentis temporis, quæ
futuri: & quis eorum prius interrogauit, vir, an mulier: & an in ip-
ſo inſtanti interrogationem ſecuta fuit reſponſio: & an animo cõ
trahendi, vel carnalem copulam extorquendi, vel ludendo uerba
ipſa prolata fuerunt: & an aliquis tractatus de matrimonio con-
trahendo præceſſerat uerba illa & an metus uel coactio interceſ-
ſerit, vel ſponte id fecerunt: & an ſemel, vel pluries contraxerint,
& quo anno, & quo menſe, quo die, & qua hora diei: & an noue-
rit tunc, uel modo agnoſcit contrahentes. Quod dic, vt ſupra, §.
proxi. verſicu. item quod non nouit Et adde quod eſt infra in ver
ſicu. hoc etiam not. & quis erat epiſcopus tunc, vel Poteſtas, ſeu
rector loci. Si reſpondit, quod decem anni ſunt: quęratis quomo
do ſcit. Interrogetur etiam an alius contractus de præſenti præ-
ceſſerit illa verba: & an teſtis ſciret aliquod impedimentum tunc
fore inter contrahentes: & an ipſe rogatus fuit ut ueniret videre
quod fiebat. ¶ Super tertio vere genere, quęratis an inuitus, vel uo
lens eam traduxerit, uel cum ea pſeuerauerit: & an eam tenuerit
pro concubina vel uxore: an ſit impedimentum cõſanguinitatis,
uel affinitatis, uel aliud inter eos. & ſecundum hoc in aliis caſibus
ſubtilis aduocatus formabit interrogatoria, prout uiderit expedi
6 re, & negotiorum natura requirit. †¶ In quinto autem caſu, ubi
agitur de uẽditione, interrogetur ubi, & per quem, & coram qui
bus, & pro quanto, & quo anno, menſe, & die contracta fuit uen-
ditio, & an coram teſtibus fuit facta: & an hoc ſciunt per creduli-
tatem, uel famam: uel hoc uiderunt, ſeu audiuerunt. ext. de fide in
ſtrumen. cum Ioannes, & de aliis quæ dicam plene infra proxi. §.
7 verſiculo, quod ergo ſi quis. †¶ In ſumma nota, [b] quod duo ſunt
b genera quæſtionum. ¶ Primum, quod fit ad deſtruendum dictum
teſtis: puta cum quæritur de cauſis & circunſtãtiis: ut infra de ſciẽ
tia & cauſa ſcientiæ, & huiuſmodi: ut ſupra § 1. verſicu. item quod
interrogatus. Secundum, quod fit ad fundandam intentionem
producentis, exceptionem eius contra quem producitur. debet
enim dicere pro utraque parte, niſi ſuper certo articulo ſit rece-
ptus. C. de epiſcop. & cler. auth ſed iudex. 14 quæſtio. 5 non ſane.
Hoc etiam nota, quod ubi dicitur de conſanguinitate, teſtis inter
rogari debet de auditu, ſcilicet ubi, quando, à quo, uel à quibus,
quibus præſentibus: & an illi, à quibus audiuit, fuiſſent bonæ fa-
mæ, uel infames, amici, uel inimici, & graues uel leues, ante motã
[...] vel poſt, & quoties audiuit. & ſic de ſimilibus: ut ext. de tẽ-
[...]s. & c. licet ex quadam. †¶ Fiunt autem generaliter in
[...]s interrogatoria, & circa dicta, & circa perſonas
de quo vide ĩ. ver. porro. Circa dicta fiunt, ut interrogentur ſu-
per quolibet articulo, & ſuper quolibet dicto ſuo, de cauſa dicti
ſui, ſcilicet, quomodo ſcit id, quod dicit. quod dic vt ſ. § 1. ver. itẽ
quod non reddit. & ĩ §. proxi. ver. ut autem hoc. & ſe. Quæri etiã
debet à teſte, an ipſe præſens fuit, nam aliter non probat, quia ne-
c ſcit. [c] C. e. teſtium. 3. q. 9. teſtes. & c. nihilominus. Si uero reſpondet
ꝙ ſic, quæratur an uiderit. Poteſt enim eſſe ꝙ interfuit, & tamen
non vidit: vnde tunc non poteſt ſecundum quoſdam teſtificari.
quæ dic vt ſ. § 1. ver. item ꝙ non perhibet. ¶ Item quæri debet de
recordatione ſua, maxime ſi dicit, quòd non eſt ueriſimile ipſum
d ſcire, iuxta illud Euangelij: [d] Quinquaginta annos nondum ha-
e bes, & Abraham vidiſti. vigeſima ſecunda quæſtione. 2. capit. fi. [e]
Item quæratur an nouerit eum per quem, uel contra quem indu-
9 citur: ut ſ. §. 1. ver. item quod non nouit. †¶ Item interrogetur de
f loco, in quo id, de quo agitur, actum ſit, exemplo Danielis. [a] 3. q.
9. nihilominus. ext. eod. cum cauſam, quæ. & ſ. §. 1. uer. item quòd
teſtes. locus tamen non eſt ad angulum reſtringendus. arg. ff. de vi
g & ui arma. l. 1 § ubi autem contra. ſ. verſ. in ſecundo. [g] An inſtru-
mentum debeat locum contractus continere, vide ĩ. in ti. de edit.
inſtru. § inſtrumentum ergo. uerſi. quid ſi locus. & uide infra, ver.
10 proxi. †¶ Item de tempore: ut in præ. ca. cum cauſam, quæ. eo. tit.
ex tenore. 3. quæſtio. 9 nihilominus 4 q. 3. c. ſi teſtes. § in teſtibus.
2. & ext. de fide inſtr. cum Ioannes. 2 q. vlti. c. per ſcripta. §. libello
rum. ff. ad Sylla. l. prius Quod exaudio, vbi quæritur de prioritate
uel poſteritate actus uel contractus: vt ſi uolo probare prius me
cum Berta, quam cum Titia contraxiſſe, uel ipſa econtrario. extr.
de ſponſa. ſi inter. & de eo, qui dux. in ma quam po. per adult. ve-
niens. Vel prius me cognouiſſe Titiam conſanguineam Bertæ,
quæ me petit in uirum quam contraxerim cum ipſa Berta extr. de
pręſumpt. tertio loco. extra, de reg. ueniens. de eo, qui cogno. cõ-
11 ſanguin. vxo. ſuper eo. & ſic de aliis cõtractibus. †¶ Licet autem
teſtis

## ADDITIONES.

a Inuio. ¶ Bonagui. cuius fuerunt hæc interrogatoria, dixit in uiridario.
b In ſumma nota. ¶ Vbe. de Bob cuius fuit iſte ver. in tra. de teſti. 2. col. & per
Io. de Deo. lib. 5. eo. tit. in prin.
c Quia neſcit. ¶ Io. 2. Quod ſcimus, loquimur: quod uidimus, teſtamur.
d Euangelij. ¶ Io. 8. in fi.
e C. fi. ¶ Sunt ibi verba Chriſti, ad quæ demum fuit illa reſponſio ſecuta, quæ
in textu non eſt propter illos, qui deponunt, quòd uidere uel percipere non
potuerunt. Ponam hic quæſtionem Nicol. de Matha. prolixam, & de fa-
cto, quæ talis fuit Actor produxit inſtrumentum confectum, ſecundum ſcri-
pturam nunc ſunt 20. an. contra illud reus probauit per teſtes iam publica
tos notarium mortuum iam ſunt 22. ann. Actor autem format duo capitula,
ſcilicet, quòd notarius uiuebat, iam ſunt anni. 21. & ꝙ teſtes rei erant mino-
res 22. annis. Reus format capitula, ꝙ notarius erat mortuus, iam ſunt 23.
anni, & quod teſtes ſui erant maiores 34. annis: quærebat an dictæ probatio
nes, uel ipſarum aliqua ſint admittendæ. Dubium facit illa publicatio atte-
ſtationum, de qua in quæſtione. ſoluit diſtinguendum in capitulo de morte
& uita: & quod ſi capitulum rei fuit ſuper eo formatum, & de illo teſtes de-
poſuerunt poſt publicatas atteſtationes, ſuper directe cotrariis: non licebit
teſtes producere. Sufficiat cle. eod. titu. teſtib. Si vero capitulum non erat
de hoc, ſed illa verba teſtium rei fuerunt ad aliud expreſſa: forſan in reddi-
tione cauſę ſcientiæ, poterit actor teſtes producere contra illos, quia nec no
uit occulta, nec poterat diuinare. Ad hoc, eod. tit. ubi dixi in cap. ſeries. Ad-
uerte, quia licet hoc dictum fatear in ſe uerum, non videtur quod huic ca-
ſui adaptetur ſecundum membrum diſtinctionis. Nam reus reprobare uo-
lens inſtrumentum hoc caſu, ut falſum, neceſſe habuit exprimere, quod mor
tuus erat tempore quo dicebatur inſtrumentum confectum: nec fuiſſet rece
pta ipſius probatio, dicentis ſimpliciter eum mortuum: quia impertinens,
& non releuabat. Procederet autem, ſi ſimpliciter dixiſſet inſtrumentum fal-
ſum ſine ſpecificatione, & fuiſſet ad probandum admiſſus, & teſtes pro cau-
ſa ſcientiæ expreſſiſſent mortem notarij præcedentem. Sic puto intellexiſ-
ſe Nico. & plus ad propoſitum de ætate teſtium tenuit actorem ad proban-
dum illum articulum admittendum: cum illud non ſit deponere ſuper arti-
culis publicatis, ſed eſt reprobare perſonas teſtium ut non idoneas, uel dicta
ex perſonis, in quib. impoſſibile erat cadere ſcientiam rei, de qua teſtantur,
quod impedimentum etiam per conſenſum partium tolli non potuit cum
deficiat ſubſtantia teſtimonij, ſ. ſcientia, non quidem ſimpliciter, ſed per im-
poſſibile. Per quod apparet ipſius nullitas, ſicut cum in priuato deficit iu
riſdictio, & in pupillo. C. de iuriſd. omn. iud. priuatorum. ff. de iud. cum præ-
tor. propter quem defectum actus iudiciarius nullus eſt quæ nullitas omni
tempore opponitur. C. ſi à non comp. iudic. l. 1. & ult. ſic in teſtimonio, cuius
ſubiectum eſt ſcientia & præſentia. C. eod. l. teſtium. ¶ Adde tu, quod te-
ſtes non tenentur ſcire ſubtilitates diſputationis, ſed rude factum: ut
not. Azo in Summa eod. titu. & not. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff.
de verbo. obliga. Bald. notabiliter in l. cum mulier. in 15. colum. ff. ſolu.
matri.
f Danielis. ¶ 13. c. ¶ Adde, quando diuerſitas loci repellat teſtem, Bal. conſ.
270. 4. libr.
g In ſecundo. ¶ Dic, quòd ſecũdum qualitatem teſtium ſit interdum ſtrictior
examinatio: ut ĩ. uer. & nota quod.

a teſtis interrogatus de anno,die,menſe,hora,[a] vel conſule initi cõ
tractus non recordetur, nihilominus tamen probat contractum:
ut in præ.§.libellorum.& ff.de arbit.ſi arbiter.& ff.de aqua plu.ar-
cen.l.2.§.antepen.vbi de hoc: & in præd.cap.cum Ioannes. vbi ſe-
cundum illos teſtes,qui de his non recordabantur,fuit pronuncia
tum:licet quidam dicant ibi,ideo eis credi,quia de hoc per partiũ
confeſſionem conſtitit.Sed quod prius dixi,eſt verius:veruntamẽ
licet tunc probet contractum , non tamen tempus eius . Vnde ſi
velit probare tempus contractus, debet teſtis de tempore contra
ctus dicere:vt in præ. concor. & C.de contrahen. ſtip. optimam.
ext. de teſt.ex tenore. ¶ An inſtrumentum debeat tempus conti-
nere?dicam in prædic.§. inſtrumentum ergo. verſicu. item quod
non eſt verum. ¶ Si unus dicit aliquid factum eſſe tali tempore,
alius expreſſe dicat contra,tunc eis non creditur, quia diſcordãt:
ut in primis concord. Licet autem dixerim valere dictum teſtis,
quamuis nil dixerit de tempore:hoc verum eſt, niſi ſit tale nego-
tium,in quo ſcientia diei, vel horæ exigatur. ff. quod vi aut clam.
l.aut qui.§.1.& in præ.l.optimam. & vbi qui prior eſſet,potior eſ
ſet, ext. de iur.pat.cum autem.uel vbi poſterius derogaret priori.
ff.de leg.ſed & poſteriores.ff.loc.in operis.ff.de pignor. ſi fundus.
in fin.ff.de don.inter vir.& vxo.cum hic ſtatus.C.de pac.pacta no
uiſſima.ext.de cele.miſſ.cum Marthæ §. cæterum.& 13.quæſt.vlt.
12 ¶ Et breuiter ſcias ſecundum papam , [b] quod tunc demum teſtes
b neceſſe habent probare & concordare de tempore, quando tem
pus eſt de ſubſtantia contractus: & ſic intelligitur.3.quæſtio. 9.ni-
hilominus. 35.q.6.de parentela.vt patet,ſi quis eum,qui in contra
ctu,uel inſtrumento interfuiſſe dicitur, velit probare illo tempo-
re alibi fuiſſe.C.de contrahen.& commit.ſtipul.optimam. ext.de
teſtib.ſeries.& c.ex tenore.Et patet etiam in eo,qui debet proba-
re ſe tempore deiectionis poſſediſſe.ff.de vi & vi ar.l.1.§. interdũ.
In aliis autem,in quibus tempus , vel locus non ſunt de ſubſtantia,
non eſt neceſſe quod teſtes probent,uel in cauſis ſcientiæ concor
dent:quod dic plene,vt ĩ.de inquiſi.§.nunc tractemus.verſi quod
13 ſi ille.ibi:item ſufficit, ſiue eodem,&c.†Hinc eſt quod ſi quis vult
probare iuriſdictionem , & per aliquos teſtes probare exercuiſſe
iuriſdictionem in loco,de quo agitur:licet in cauſis diſcrepent, &
in loco,& in tẽpore, & in perſonis,non nocet. Verbi gratia:quæri-
tur à teſte,Quomodo ſcis quod talis iuriſdictionem exercuerit:&
reſpondet teſtis , quia uidi quod ipſe ſuſpendit Ioannem die Lu-
næ. Alius uero teſtis dicit , quia vidi quod cognouit de tali cauſa
die Mercurij ,& ſic de alijs. Idem eſt etiam,quando decimæ petun-
tur.& unus teſtis dicit ſe vidiſſe , quando actor collegit nomine
decimæ triticum,alter dicit hordeum,alter fabas. De hoc infra de
inquiſit.§.1.uerſi quid ſi unus.Idem etiam eſt in præſcriptione, &
in omnibus ſimilibus,& etiam in cõtractibus: quia ſi teſtes diſcor
dent de tempore & loco initi contrractus, non ualent: quia quaſi
de ſubſtantia ſunt contractus,& eius concomitantia,extr. de ſen.
& re iud.abbate ſane.in fin.lib.6 Sed ſi diſcordarent in cauſis , uel
circũſtantijs:puta quod unus teſtis dicit,ſcio quod talis eſt in poſ
ſeſſione iuriſdictionis,quia uidi , quando talis fecit talem iuſtitiã:
& alius dicit de alio die,& etiam de alia pſona iuſtitiata:bene pro-
bant,quia uterque bonam cauſam ſui teſtimonij reddit:vt in prę.
verſiculo,quod ſi ille.Alij vero dicunt contra , ſcilicet quod ubi-
cunque aliquis tenetur aliquid probare,niſi teſtes de loco, tempo
re,perſonis,& aliis omnibus concordent,non habentur pro plu-
ribus teſtibus: ut in prædict. capitul. nihilominus. & omnes ſunt
in ſuis teſtimonijs ſingulares . extra , de elect. cum dilecti .
14 † ¶ Et nota, quod expreſſius & melius tenetur teſtis recordari
de loco & perſona , quam de tempore , quia illa melius tenentur
memoriæ. Tempus enim facile à memoria excidit. argumen. 7.
quæſtio. 2.capitu.fina.Hæc notat Papa extra , de accuſa. qualiter.
c 2.prope princip. [c] De temporis vero qualitate:puta, an eſſet ſere-
num, vel nebuloſum,dies,vel nox. vel de veſtium qualitate & co-
lore , quærendum non eſt . 2. quæſtio. 7. d. § . libellorum . ff. de
proba. ſi arbiter. niſi teſtis iudici ſuſpectus ſit : tunc vero ſic. ff. de
teſti. l. 3. §. ideoque.& 4. quæſtio. 3. d.§. in teſtib. 2. Nam & tunc
poteſt quæri de formis hominum , & circunſtantijs , & de modo
loquendi , & quæ verba dicta fuerunt : & an ſimul vel ſepara-
tim peruenerunt ad locum : & quis prius , & quis poſterius
receſſit : & an contrahentes ſtarent , uel ſederent : quis eſſet
tunc Papa , vel Imperator,vel Rex, vel Comes, & ſimilia : & ſic
in ſermone capiantur,& ore proprio conuincantur. 5. quæſtio. 5.
capitu.qui ambul.§.ſed aliud:quo caſu iudex eos puniet:vt dixi ſu
15 pra §.1.ver.item opponitur teſti,quod recipit.& ſequen. † Iudex
enim quibuſcunque modis poteſt , debet laborare ad veritatem,
& etiam falſitatem inueſtigandam. 30. quæſtio. vltim. iudicantem.
C.de eden is apud quem.31.quæſtio.9.grauem.20.quæſtio. 2.præ
ſens.extra,de fide inſtrumen. cum Ioan.prope fin. Ideo autem in-
terrogantur de loco & tempore,& de circunſtantijs, & huiuſmo-
di : quia ſi inueniuntur varij , non ualet eorum dictum.quod dic,
vt ſupra. §. 1. verſicul. item quod teſtes diſcordant . ¶ Quid ſi
vnus teſtis dicit ſe vidiſſe & interfuiſſe per decem annos : al-
ter dicit per 20. vel unus dicit ſe vidiſſe Bononiæ , alter muti
næ ? Reſpondeo , non ſunt contrarij , cum factum tale eſt,
16 quod de ſui natura recipit iterationem. † ¶ Quid ſi unus teſtis
dicit actum , uel contractum fuiſſe de dominica hora tertia,
d uel Bitterris: alius hora nona, vel Narbonæ? [d] dic , quod te-
ſtes diuerſi concordandi ſunt, ſi fieri poteſt : vt extr. eod. cum
tu. de poe. diſtin. 1. periculoſe. Vnde iudex tunc inſpiciet, an
ſit talis actus , qui recipiat reiterationem : vt matrimonium,
quod poteſt bis de facto contrahi: uel adulterium , quod po-
teſt pluries committi : uel ſententia excommunicationis plu-
ries ferri,& huiuſmodi:& tunc talis diuerſitas non nocet:imo de-
bet interpretatio fieri:vel quod bis , uel in diuerſis locis fuit
matrimonium contractum , uel adulterium commiſſum , vel
ſententia lata : ne teſtes de periurij reatu notentur. vt in præ-
e alleg. concor. Caute tamen reus faciet, [e] ſi faciat iudicem ex of-
ficio ſuo interrogare actorem : an matrimonium , uel adul-
terium , de quo agitur , ſemel tantum , uel uno loco tantum
fuerit commiſſum : quod ſi confiteatur, reſtat quod nequeunt
f concordari . [f] † ¶ Si uero factum ſit irreiterabile : vt quia di-
17 ctum eſt Titium occiſum fuiſſe : [g] tunc diuerſitas temporis &
g horæ , vel loci nocet : quia non poteſt quis diuerſis tempo-
rib. interfici , ſiue locis: niſi eum contingeret diuino miracu-
lo reſuſcitari. Ideo autem dixi temporis & horæ. Nam ſi vnus
dicit de die dominica , neque dicit aliquid de hora : alter
vero dicit de eadem die , de hora tertia, iſti bene poſſunt con-
cordari : quia primi dictum trahitur ad dictum ſecundi. Eo-
dem etiam modo in facto durabili non nocet uarietas hora-
rum: vt ſi unus dicat quod uidit miſſam hora tertia celebrari,
h alter uero dicit hora nona:quia tãtum quandoque durat miſſa:[h]
nec nocet etiam in ſolutione rerum , quæ ſit ex eadem cauſa:ut ſi
uolo probare perceptionem decimę:& unus dicit quod vidit ſol-
ui decimam de fabis , alter dicit de hordeo. ¶ Debent ergo te-
18 ſtes concordare in his,quæ hoc verſicu. continentur:†Res perſo-
na,locus,

ADDITIONES.

a Menſe, hora. ¶ Quòd dies & hora ſint exprimenda , arguit Simon Vinc. ſuper l.iuriſiur.eod.titu.C.per l.ff.de liber.& poſthum. Titius. §. 1. & per l. prius . ad Sylla. ſecundum literam quòd in anno, vt ibi not. ¶ Adde, quod ſi teſtis interrogatus de tempore , reſpondit non recordari : quod tamen probat,ſecundum Innoc.in c.qualiter & quando.extr.de accu. Bar.in l.ſi librarius.ff.de regul.iur.ſequitur Ale.conſi. 109.li.4.Adde tu , ꝙ vbi teſtes deponunt de facto ſucceſſiuo, non eſt neceſſe ut referant ſe ad idem tempus: ut uoluit Car.in conſi.9.in 2.col.poſt Innoc.in ca.qualiter & quando.el 2.circa prin.de accuſ.& gl.in l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.

b Secundum papam. ¶ Qui id not.de accu. qualiter. 2.vt ſequitur, & ibi ſcripſi in gl.hoc poteſt colligi. ¶ Adde Bald.conſi.74.lib.4.Ale.conſi.172.lib.2, & 3.& 4.

c Prope princ. ¶ Vide in gl.præd.ante fi.uer.& notandum.quando omnes teſtes dicunt , quod non recordantur de tempore , contra eos præſumitur : ut ſcripſi de teſtibus,ex parte.in gl.quærendum.

d Vel Narbonæ. ¶ Incaute poſuit hic auctor ſingulare,prout poſuerat Bonagui.rub.de interroga.contra teſtes. Abſit enim quod uno teſte deponente de matrimonio contracto , uel adulterio commiſſo certo loco uel hora , ſi alius deponat ad idem de alio loco,uel hora,quod ſint probata matrimonium uel adulterium:licet fatear, quod ubi propter iterationem actus,non ſit contrarietas,eſt tamen ibi ſingularitas:ut in c.nihilominus.cum concor. Non obſt. ca.cum tu.quia ibi plures erant concordantes in tempore vno,& alij plures in alio. ¶ Adde,quod dictum Spec.uidetur poſſe ſaluari per id, quod volút Old.Bart.& Bal.in l.fin.C.ſi unus ex plurib.appella.per l. qui ſententiam.de pœn.ſcilicet quod ſatis eſt,quod teſtes concordent in unum rei finem,ut dicantur conteſtes:nec eſt præſumendum, ꝙ ſpeciale ſenſerint. Nam ſimiliter dicunt docto.ad probandum quem vſurarium,ſi unus deponat,quòd Biterris mutuauit ad uſuras,alius ꝙ Narbonæ:licet iſti videantur ſingulares, tamen ſunt concordes:quia concordant in unum rei finem,ſcilicet ad probandum illum vſurarium. ¶ Et ꝙ teſtes non dicantur ſingulares,quando concludunt in eundem rei finem,uoluit etiam Bal.conſi.278.lib.1.& conſi.131.lib.3.& conſi.402. lib.2. ubi ponit qualiter intelligatur quod teſtes concludunt ad eundem rei finem,& quando dicantur ſingulares.

e Reus faciet. ¶ Et bonag. vbi ſ.dicit pluries hoc feciſſe,& obtinuiſſe : & ideo dicit,de iudice,quia pars ſibi prouidere non poteſt per poſitionem, quod ſemel tantum fuerit contractum , quia tunc conſtaret per confeſsionem eius.

f Concordari. ¶ De fide inſtrum.cum Io.& uide quod ibi ſcripſi ſuper verſic. unica tantum uenditio.

g Fuiſſe. ¶ Verbum Pilei vbi ſ.rubr.4.in fi.

h Durat miſſa. ¶ Idem in quouis actu probando per uiſum,quando plures teſtes ſucceſsiuè illud viderunt per foramẽ arctum intantum, quòd ſimul videre non potuerunt,quod probat Iac.de Aren. per l.cum antiquitas. C. de teſtam.& capitulum factum in inſtanti,non dicetur ſingulariter actum,per l.illam.Et uno contextu dicuntur facta , quorum unum reliquum conſequitur. de elec.quia propter.& c.cum poſt.Ad idem ff.de uerbo. oblig. continuus.& ſimul nati ſunt gemini,quorum tamẽ alter prius natura egreditur.ff.de ſtat. ho.Arethuſa.& de hoc per Cy.C.eod.titu.l.teſtium.ſub 5.quæſtione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a na, locus, gradus, hæc ſint conſona tempus [a]. Vnde ſi unus dicit
de uno loco uel gradu conſangnitatis, ſeu affinitatis, uel tempo-
re: alter de alio, non probat. Et eſt ratio, quia quilibet teſtis eſt in
ſuo dicto ſingularis, unde eius teſtimonium non ualet. de ele. bo-
næ. j. & c. cum dilecti. & c. in Geneſ. de probat. licet cauſam, quæ.
ff. de in litem iur. l. uideamus. ff. rerum amo. Marcellus. De re uel
contractu probatur. 2. q. 8. c. præſcripta. §. libellorum. 3. q. 9. indi-
cas. ext. de app. ſignificantibus. ff. de rei uen. ſi in rem. De perſona
probatur ext. de teſt. ſeries. De loco ſ. dixi. De gradu. xxxv. q. 6. de
parentela. De tempore, ſ. dixi, quæ plenius proſequere prout ab
omnib. ſunt notata. Qualiter deponent teſtes inducti ad proban-
dum interreſſe commune, uel ſingulare, uel etiam expenſas. j. de
fruc. & intereſ. §. uiſo. uerſi. j. & uer. ſed qualiter. & ſeq. ¶ Item cir-
ca dicta debent teſtes interrogari, an concordauerint omnes te-
ſtes idem dicere? ut ſ. §. j. item quod teſtes. Idem & de multis aliis
19 de quibus dixi ſuprà, §. i. † ¶ Porrò circa perſonas teſtium debent
interrogatoria fieri, ut interroget teſtis de ſua ætate: ut ſ. §. j. uer.
item excipitur, quod eſt impubes. Item, quantum habet in bonis,
b ut ſ. § j. uer. item eſt pauper [b]. ¶ Item an prece uel pretio teſtifice
tur: & an ei fuerit aliquid datum, uel promiſſum, uel aliquam ſpē
habet quod ſibi detur, ut ſic teſtificetur. ut ſ. §. i. uerſ. item oppo-
nitur teſti, quod recipit. ¶ Item an ſperet habere lucrum, uel dā-
num ex cauſa hac, ſeu de uictoria alicuius partis: ut ſ. §. i. uer. item
quod eſt teſtis in re. ¶ Item an eſt amicus, uel inimicus alicuius
partis: & an unquam mala uerba cum aliqua parte habuit. ¶ Item
quam partem magis diligit, uel mallet obtinere. ſuprà, §. primo. &
uerſiculo, item quod amore. ¶ Item an ſit honeſtus. 4. quæſtio. 3.
capitul. ſi teſtes. §. ſi teſtes. Et breuiter teſtis interrogari debet de
omni eo, propter quod repelli poteſt. Quod dic multipliciter ut
ſ. §. i. & generaliter in omnibus quæ poſſunt iudicis animum mo-
uere, ſcilicet ad ſententiandum extr. de re iudic. ſicut. ¶ Qui non
ad unam ſpeciem probationis tantum, ſed ad multas applicat mē
tem ſuam, & ex multis coniecturis mòtum animi ſui informat. ex
tra. de renun. in præſentia. de re iudic. cauſam, quæ 4. q. 3. dic. §. ſi
teſtis. ff. de teſt. l. ob carmen. § fin. & ſuper his uide plene j. in prin.
proxi. § uerſ. ut autem hoc, & ſeq. ¶ Caueat tamen iudex, ne indiſ-
ferenter interroget de odio, lucro, & ſimilibus, quæ non ſunt de
negotio principali, ſed ſolum de ſubſtātialibus cauſæ: puta de cau
ſis, perſonis, loco & tempore: ut præmiſi. Sed nec teſtis eſt de fa-
cto alieno interrogandus ff. rer. amo. Marcellus. §. i. C. de acc. l. fi.
c ſecundum Bagaro. [c] † ¶ Si igitur teſtis dicit ſe præſentem fuiſſe &
20 uidiſſe quando T. percuſſit P. quæri debet de quo percuſſit, & qua
parte coporis, & qua die, loco & hora, & quibus præſentibus: &
huiuſmodi. Si uero dicit ſe non affuiſſe, ſed audiuiſſe ab aliis dici,
non ſunt prædictæ interrogationes faciendæ, ſed ſolum quæ per
tinent ad auditum: puta quando, & ubi & à quo audiuit: & ſic de
21 aliis ſenſibus corporis, ut j. §. proxim. uerſic. ut autem hæc. † ¶ Is
quoque qui dat interrogatoria, quoties mutatur genus articulo
rum, repetat hæc uerba, & ſimilia ſuper primo, uel ſecundo, uel
tertio articulo primi, uel ſecundi, uel tertii, uel quarti generis. In-
terrogetur teſtis ſuper hoc: ſed & in quolibet articulo ſiue mem
bro ponat aliquod ſignum diuiſiuum: puta item, uel iterū dicens:
Domine iudex quæratis de loco. Item de confinibus, item de cau-
ſa: & ſic de ſimilibus. Et hoc ideo, vt hæc clarius liqueant, ac me-
d lius inhæreant memoriæ iudicantis [d]. item caute facit aduocatus
exhibens interrogatoria, ſi ea in ſcriptis redigat, & ſic præſente
notario iudici porrigat, & eum requirat, quod quærat à teſtibus,
prout in interrogatoriis continetur. Nam iudices ſæpe actoribus
fauentes non examinant teſtes iuxta interrogatoria: poſt apertu-
ram atteſtationum uideat, an ſecundum interrogatoria teſtes ex-
aminauerit: quod ſi non fecerit dolo, uel negligentia, petat ite-
rum eòs interrogari & examinari, etiam atteſtationibus publica-
tis, ut ext. eodem per tuas. licet illud poſſet intelligi de articulis
principalibus. & arg. C. eodem. l. i. ff. de quæſtio. l. repeti. 8. diſtinct.
quæ contra. Nam & ſi aliqua res non fuit diuiſa, diuidatur, manē-
tibus aliis in ſua diuiſione. ff. communi diuidun. l. 4. § i. de hoc ſ. §.
proxi. in fin. Sed & ſi aliquod uerbum dubium protulit, poteſt pe
ti ut declaret. ext. eodem. cum clamor ff. de reg. iur. in ambiguis.
22 † ¶ Sed nunquid quæretur ab eo, an ſit criminoſus, uel aliquo
e mortali peccato irretitus, uel talis, qui nō poſſit teſtificari [e]? Vide
tur quod ſic, ſ. § i. uerſi. item excipitur, quod eſt fur. C. de ſer. fu-
giti. quicunque. ff. de interrog. actio. ſi defenſor. §. illud. & ext. de
teſti. teſtimonium. ibi: uel con feſſus. & c. fin. 2. q. 7. ipſi apoſtoli. &
ca. teſtes 50. diſtin. ex pœnitentibus. ff. de probatio. in prob. quia
ſic exoneratur is, contra quem teſtis producitur à probatione cri
minis. ext. e. ſuper eo. arg. ext. de excep. c. j. in fi. arg. contrà, de pœ.
diſt. j. c. quis aliquando. §. his auctoritatib. ibi: non tibi dico, &c. 2.
qu. j. ſi peccauerit. & in auth. de teſti. §. ſi uero tibi. quia nec debet
[illegible]ere, niſi ſuper principali. C. ſi à non competen. l. 2. & 3. nec
[illegible]per quo non iurauit. Bart. not. ext. cum cauſam q. j. q
[illegible]ntinentur. 4. qu. 3. §. ſi teſtis. poteſt interrogari: & te
[illegible]e, & non de aliis. Sed tamen, ſecundum eum, de
conſuetudine non interrogantur: & ſatis honeſtum eſt. argum.
ext. de accu. inquiſitionis §. i. Vincen. & dominus meus, & Roffr.
& Papa dicunt ſimpliciter eſſe interrogandum, nec ipſe crimen
ſuum, uel conditionem in ſpecie, uel genere tenetur prodere: ſi ta
f men confitetur, non ſibi ſed producenti præiudicat [f] extr. de ord.
cog. ca. 2. in fi. ff. de iureiur. ſi duo. §. idem Iulianus. & de pe. hære.
ſi quis libertatem. in caſu tamē, ſcilicet in cauſa inquiſitionis, ſm
Vinc. teſtis tenet dicere crimē ſuū, & ꝯfeſſus incurrit pœnā ordi-
nariā. ext. de el. c. per inquiſitionē. & de conceſ. preben. c. 2. ubi de
hoc ſecundum Papam. & ſecūdum Vinc. ſi teſtis extraneus eſt, quæ
ri poteſt ab eo unde uenit & unde eſt, & an ſit liber, uel ſeruus, uel
monachus, uel fugitiuus, xvij. quæſt. 2. ſi quis ignotus. 42. diſtin.
quieſcamus in auth. eo. §. nos igitur. & 3. q. 6. leges. De hoc uide ſ.
§. i. uer. item opponitur, quod eſt criminoſus. & ſeq. arg. contra.
ff. de off. præto. Barbarius. ext. de iudi. cum deputati. Quidam di-
cunt, quod ſi ſit grauata opinio teſtis apud bonos & graues po-
teſt quæri ab eo de crimine, non in genere, ſed in ſpecie. ff. com
g munia præd. in tradendis. Alii dicunt [g], quod poteſt quæri non in
ſpecie, ſed in genere ſic: Frater, es talis, quod poſſis teſtificari, uel
commiſiſti aliquod crimen, quod infamiam irroget. Vel es di-
ues, uel es pauper: & ſimilia. Tamen ad hoc ultimum fortè non
tenetur reſpondere, niſi euidens ſit paupertas. C. quando & qui-
h bus quarta pars ex bo. decur. l. 2. [h] lib. x ¶ Sed quid ſi teſtis dicit
crimen ſuum, nunquid ei credetur? De hoc ſ. §. j. uer. quid ſi teſtis
23 † ¶ Quid ſi principalis interrogetur, an teſtis quem producit, ſit
infamis? Dicunt quidam, eum non cogendum reſpōdere per ſa-
cramentum calumniæ. Rof. contra: nam cum in iuramento ca-
lumniæ adiiciatur, quod iurans nō onerabit aduerſarium: ut pro
batur C. de iura. cal. auth. in hoc ſacramento ergo debet reſpon-
dere de ſua, uel teſtis infamia. ¶ Quid ſi principalis interrogetur
per ſacramentum, an omnes teſtes uerum dixerunt: uel an unus
bene dixerit tantum. Reſpondeo, dicit Rof. & alii, eum non co-
gendum reſpondere, maximè ante aperturam & ſcientiam at-
24 teſtationum. † ¶ In ſumma caueat iudex [i], & repellat aſtutiam
i quorundam aduocatorum, ſtatuentium, dicta teſtium etiam uer-
ba deponentium annichilare, hoc modo: in fine enim ſui interro-
gatorii ita dicunt, Item quæratur an credant ea, quæ depoſuerunt
& ſi dixerint ſe credere, ſicut uulgares communiter reſpondent:
arguunt eorum teſtimonium non ualere: ut ſ. §. j. uer. item quod
depoſuit de credulitate. & j. prox. uer. fideles. Talis ergo interro
gatio, uel alia captioſa eſt per iudicem cancellanda: vt ſ. in princ.
k huius §. [k]

## ADDITIONES.

a Conſona tempus. ¶ Hunc uer. poſuit Innoc. eod. tit. ca. 2. Tancr. ſub rubrica de exami. teſti.

b Pauper. ¶ Ang. huic tentat reſpondere. uide infrà uerſi. ſed nunquid. in fin. ubi de hoc dixi.

c Secundum Baga. ¶ In fine operis ſui.

d Iudicantis. ¶ Idem ſ. §. proxim. uerſic. in primo. leg. fin. Bonag. alleg. de fil. presby. cap. pen. & ult. facit de procur. cap. 2. lib. vj. de priuil. ſi Papa. eod. lib. cum ſimi.

e Teſtificari. ¶ An ad tales poſitiones factas parti de ſe reſpondere teneatur, uide infrà. de poſitionibus. §. 7. uerſic. xix. ¶ Adde uerſicu. item caute. Alex. conſi. clxxii. ii. libr.

f Præiudicat. ¶ Innuit quod ſibi credatur, de quo datur, remiſſio. infrà. uerſicu. proxim.

g Alii dicunt. ¶ Vt Io. 2. q. 7. quærendum. in fi. in gl. pro eo facit 8. q. 3. Artaldus.

h Decur. l. 2. ¶ Gui. de Suxa. in l. teſtium. C. e. tit. tenet, quod reſpondere non tenetur ad ea, quæ ſuam turpitudinem detegunt, ut crimen, infamia. & excommunicatio. C. de tranſact. l. tranſactione. Ad alia, ut paupertas, inimicitia, & ſimilia, reſpōdere tenetur. ff. eo. tit. l. 3. Vide quod ſcripſi e. ti. cum cauſam. ſuper gl. cauſam enim. ad fi. cum ſua remiſſi. §. Adde tu, quod teſtis interrogatus, an ſit infamis, non tenetur ad hoc reſpondere. gl. ordin. in auth. de teſti. §. ſancimus. colla. 7. Refert & ſequitur Bal. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſta.

i Caueat iudex. ¶ Secundum Aegi. ubi ſ. c. 54.

k Huius §. ¶ Vt ſcripſi de accuſ. inquiſitionis ad fi. ſuper uerbo, credulitatem, fortius cancellandum interrogatorium, an ſciant ex auditu, an ex credulitate: in quo fortior eſt captio.

## SVMMARIVM.

1 *Interrogationibus & examinationi teſtium an poſſit intereſſe quælibet pars, pro quorum actu ſit ipſa interrogatio.*

2 *Iudex per ſeipſum poteſt teſtimonium alicuius actus inquirere: non excluſo notario qui eorum dicta ſcribat.*

3 *In examinatione teſtium, quomodo ſit procedendum.*

4 *Vultus, pallor, ſeu rubor, aut titubatio teſtis in ſui examinatione, reddunt ipſum minus fidelem.*

5 *Teſtes, vel inſtrumenta de mandato alterius recipiens, debet teſtium conditiones ſeu circunſtantias reſcribere.*

6 *Modus, quo teſtis in interrogatione vacillat, eſt per iudicem ſeu tabellio-*

*nem*

*nem in ſcriptis exprimendus.*
7 *Is,cui teſtium committitur examinatio,debet articulos,interrogatoria,& huiuſmodi examinare.*
8 *Examinator teſtium,debet dictum cuiuslibet teſtis integre in ſcriptis facere redigi.*
9 *Teſtium plurium in causa ſimul productorum,ſimul iurantium,ſimul deponentium,& ſimul interrogatorum,an valeat teſtimonium,& an valeat quod ſic agitur.*
10 *Examinator teſtium ſolicitus debet eſſe de veritate, ne anima ſua detrimentum patiatur.*
11 *Tabellio quomodo ſe habere debeat in ſcriptis,titulis,ſeu articulis.*
12 *Tabellio quibus verbis vti debeat,vbi à teſte de cauſa ſcientiæ, vel de circūſtantijs extra principalē articulū,& cætera interrogatoria,quæritur.*
13 *In teſtium examinatione conſideranda ſunt quatuor.*
14 *Teſtimonium de viſu,quo caſu requiratur.*
15 *Teſtis dicens,Scio,quid ſcio,an det ſufficientem cauſam ſuæ ſcientiæ.*
16 *Teſtis interrogatus de auditu,& reſpondens de viſu,non probat,*
17 *Mutus an aliquo caſu poſſit ferre teſtimonium.*
18 *Ratio naturalis pro lege eſt habenda.*
19 *Teſtimonium de tactu,quo caſu reddatur,*
20 *Os olet ex nimia ingurgitatione,ex quo ferri poteſt teſtimoniū de odoratu. Omnia membra non eundem actum habent,nec vnius officium eſt alteri attribuendum.*
21 *Teſtium examinator attendere debet verba,& perſonæ qualitatem.*
22 *Fidelis debet eſſe teſtium examinator,vt fideliter in ſcriptis veritatem redigi faciat.*
23 *Teſtimonium illius, qui iurauit ſuper tota cauſa veritatem dicere,an ſit ſufficiens in caſu,quo vnus petit fundum rei vendicatione, altero contradicente.*
24 *Aduocatus teſtis iuris eſt:alij teſtes ſunt facti teſtes.*
25 *Teſtis,dicens vidi ipſum dominum eſſe,vel tale,non probat.*
26 *Teſtis ſimpliciter dicens, ſe ſcire talem eſſe ebrioſum,vel iracundum,&c. non nocet:ſi autem ſufficienter ſuæ ſcientiæ rationem adiungat, tunc valet eius teſtimonium.*
27 *Verbum iuste,adiunctum verbis poſſeſſiuis,dicitur aliquid viris habere.*
28 *Iuueni quibus caſibus ſit potius credendum,quàm ſeni.*
29 *Forma inquiſitorij,per quod teſtis in cauſa inquiſitionis examinetur, quæ eſſe debeat.*
30 *Teſtis interrogatus de ſtatu eccleſiæ,tam de capite,quàm de membris, iurare debet ſe veritatem dicturum ſuper his quæ ſcit,& credit,exceptis occultis criminib.quæ licet non debeat reuelare,occultas tamen circunſtantias manifeſtorum criminum tenetur manifeſtare.*

¶De teſtium examinatione.

7.§.Nunc tractandum qualiter in teſtium examinatione ſit procedendum. Etquidem iudex hac via
procedat.Exiget enim à teſte iuramentum:vt ſ.§.ſequitur & hoc
preſente parte,contra quam producuntur, vel ſe comtumaciter
a abſentante [a]. ext.eo.c.2.C.eo.ſi quando [b]. In auth.eo.§.ſancimus
b &§.pen.& 3.q.9 chartæ. C.de fide inſtru.iudices. Demum ipſum
ſuper articulis datis ſecretè ac ſigillatim examinabit diligenter,
c exemplo Danielis,[c] teſtes,qui contra Suſannam inducti fuerunt
examinantis.& arg.ext.de elec.quia propter.ext.eo.venerabili.C.
eo.nullum.ext. de accuſa. inquiſitionis.§. j.de pœn. & re.omnis.
j.verſ.ſed pone. Si enim ſimul dicerent ſeu examinarentur,vnus
alium inſtrueret,& vnus ſciret quid alter diceret, & eius dictum
ſequeretur:ſicque non poſſet de facili veritas deprehendi. In au-
1 th eod.§.& quia vero multi.† Quidam tamen,vt Io.Theu.& Ac.
cur.dicunt,quod quæcunque pars velit intereſſe interrogationi-
bus,& examinationi,poteſt.C. eo.ſi quando.l. ſed cum oporteat
d in fi.[d] & auth.ſed & ſi quis.ff.eo.curēt.& 2.q.j.in primis. verſicu.
e quia igitur.Stephanus,vbi de hoc & ext.eod.ca.2.[e] quia pars,quæ
nouit cauſæ circunſtantias, melius interrogabit. ff. de adulter.ſi
poſtulauerit §.quæſtio.Sed ibi non loquitur de vero teſte: & præ
dicta iura intelliguntur, quod poteſt & debet intereſſe in præſta-
tione iuramenti:non in examinatione, quæ ſecretè fit, vt prædi-
f xi:& ſic de facto ſeruatur vbique & bene [f].Ideoque ſic eſt tenen-
dum.ff. de legi. ſi de interpretatione. extra, de conſue.cum dile-
ctus Alioquin teſtis non liberè contra illum præſentem teſtifi-
caretur. nec debitas negotii circunſtantias rei de qua quæritur,ex
primeret.Nec obſt.quod dicunt interrogationes melius fieri per
partes.Nam articuli & interrogatoria dantur in ſcriptis:vt ſ.§.
proxi. verſic. item cautè & §. nunc videndum. & ſic iudex plene
per ſeipſum inquirere poteſt.Licet autem dixerim hoc ſecretè de
2 bere fieri:† non tamen propter hoc excludo notarium, qui co-
rum dicta ſcribit:nec iudex hoc officium in quo tota vis cauſæ
eſt,notario committat:ſicut in curia faciunt auditores,ſecundum
ea quæ no. j.verſi.hoc autem.ibi:ſed ſcribere,&c.ſed per ſeipſum
examinet.ff.eodem l.iii.§.item diuus.& l.mulier.vbi de hoc.C.de
iudic.authen.ad hoc.& in authent. colla.v.vt defuncti ſeu fu eo-
rum.§. illud.vbi dicitur,quod non debent iudices per conſiliari-
g os teſtes recipere.arg. tamen contrà, extrà, de teſti. co. c.j.[g] niſi
vt dixi ſ.§.qualiter autem.verſi.poteſt etiam iudex. Vel dic ſe-
h cundum Vin.[h] quod in ciuili,vel eccleſiaſtica cauſa,poſſunt iudi-
ces per alios recipere teſtes.In criminali vero non,ſed tantum per
ſe:niſi ſolus papa.in authen.de fi.inſtr.ext. de teſti. cum olim. vbi
committuntur in remotis partib.Papa tamen etiam in criminali-
bus poteſt per alium teſtes recipere.arg.xiii.q.iiii. ille gladium. ſi-
cut poteſt per alium pronunciare. extra, de teſta. Raynutius. & §.
illud obtinet.cum teſtes præſentes ſunt:quo caſu melius eſt hoc
per iudices expediri. Vbi autem committit,conſulo quod quan-
de ſibi tradet interrogatoria,iniungat ei ſub pœna excommunica
tionis,& ſub interminatione diuini iudicii,& periculo famæ ſuę,
quod bene & legaliter ſuper quolibet articulo,iuxta ipſa interro-
goria examinet ipſos teſtes. Vtrum autem poſſit committere, vi
de ſ. de iud.del § iam nunc.ver.ſed nunquid.†¶ In examinatio-
ne ergo ſic procedet:

¶FORMA. Vocabit enim quemlibet teſtem ad ſe ſecretè &
ſigillatim, vt dixi,& dicet ei:Amice.falſificus teſtis tribus perſonis
eſt obnoxius,ſcilicet Deo,cuius præſentiam,cum ſit vbique,con
temnit.Item iudici,quem mentiendo, fallit. Tertio, innocenti.
quem falſo teſtimonio lædit. Teſtis quoque,qui veritatem, quā
nouit,occultat:& etiam is,qui mendacium dicit,reus eſt.Primus
quia prodeſſe non vult:Secundus,quia nocere deſiderat.Hæc le-
guntur ext.de cri.fal.c.j.& xi.quæ.iii.quiſquis metu.Proinde cum
iuraueris dicere veritatem, per illud iuramentum obſecro te, ꝙ
animam tuam ſalues & quod ſcis de tali negotio, plene dicas. In-
ter talem enim & talem ſuper hoc quæſtio ventilatur:& tu in te-
ſtem induceris.Intandit enim talis probare,&c.legat ſibi plene ar
ticulum de verbo ad verbum,& exponat eum ſibi diligenter: vt
j.ver.fidelis.& ipſe reſponſiones eius ſuper ſingulis articulis dili-
genter audiat,& in ſcriptis per notariū,vel per duos viros ad hoc
deputatos:vt C.de teſti.nullum.extra, eod.venerabili.extra,de ꝓ-
ba quoniam contra.ſingula verba quemadmodum proferuntur,
redigi faciat.xxii.q.v.humanæ.extra, eo. cum cauſam, quæ. & in-
fra,ver. cautum quoque.& redacta teſtimonia iterum legat: vt ſe
poſſit corrigere, & ſi ipſe vel ſcriptor errauit:vt extra,de teſti.co.
præterea.Quibus autem verbis teſtis vtatur,dic vt ſ.§ j.verſ. item
quod non prohibet & ſeq Et ſic ſuper ſingulis articulis eum in-
terroget de his,quæ ſ.§ proxi ſunt notata:hac tamen cautela ad-
i hibita [i],vt quandoque interroget de primo articulo,quandoque
de vltimo,quādoq; de mediis:nec hic ſcripturæ ſeruet ordinem,
licet aliàs quādoq; ſit ſeruandus:vt xliiii.diſt.ſit rector.in fi.& ex-
trà,de reſcrip.cum dilecta.cum ſuis cōcor.Ioannes autem ſic prępoſtere dixit quærendum:vt facilius apprehendat,an fuerit ſub-
k ornatus teſtis,vel non [k].vt ſ.§.j.ver.item quod teſtes idem.Et an
dicat vera vel veriſimilia. vel negotio de quo agitur, apta. vt 4.
quæſtio.iii.c.ſi eum.§. ſi teſtes. Diligenter ergo teſtem interro-
get,non ſuadendo ei nec eum inducendo vt aliquid certum di-
cat: ſed quod in genere veritatem quærat.ff.de quæſtionibus. le.
j.§.quæſtionem. Nec inducat eum ad dicendum ſe ſcire quod
credit, vel econtrà: vt verſicul. fidelis. Conſiderare etiam de-
bet, an teſtis vacillet in dicto ſuo: vt ſ. § primo.verſicul. item
quod teſtes ſunt. Et an cum trepidatione, vel conſtantia de-
ponat. ff.de quæſtio. de minore. Et ſi eum viderit pallidum &
tripidantem, vel vacillantem,tormentis aſſiciat, & timorem ſi-
bi incutiat.C. de teſti.nullum.in fi. v. q. v. illi qui. niſi ſit presby-
ter:vt C.de epiſc. & cler. l. presbyteri. & auth. presbyter. quas
l habes v.q.vj. Vnde,ſicut ait Marcus Tullius in topic. [l] Sæpe †
4 pallor vultus,rubor & titubatio faciunt vt minus fidei alicui ha-
beatur.

ADDITIONES

a Abſentante. ¶ An ſufficiat hoc caſu eſſe citatum. diſtingue vt ſcripſi ſuper regula,præſumitur.de reg.iur.lib.vj.3 q.
b Si quando. ¶ Per quam legem dixit Gui.de Suz.ſuper l.iuriſiurandi.C.eo.ti,ꝙ etiam ſi procedat iudex ex officio,neceſſe eſt vocari partem,cōtra quā procedit,uide j.de inquiſ.§ quādo autem.ver.vt autem,vſque ad fi.& §.ſeq.
c Danielis. ¶ 13.c.
d Oporteat. ¶ In fine.ibi ponit Ac.hoc dictū. ſed approbat ꝙ infrà ſequitur.
e c.2. ¶ Vide quod ibi ſcripſi ſuper 4.gl.adde quod ſtatim dicam.
f Et bene. ¶ Quod placet,Pyleo hoc tit.rub.2.dicit tamen, ꝙ quando teſtes ſunt receſſuri,vel moritur,tunc parte vtraque præſente deponunt ,vel altera tantum,ſi reliqua requiſita non venerit,per §.hoc vero.in auth.eo.tit.Sed hoc eſt falſum. & ad §.reſpondetur.in præ.glo.decr.2.eo.tit.quæ gloſſ.innuit doc. tenere, §.illum loqui in caſu publicationis, quod audire poſſit teſtes deponentes. quæ opinio dato quod eſſet vera.falſum tamen eſſet id locū habere in teſtibus morituris. vel receſſuris,quorū dicta conſignantur: vt in decr.quoniā.in prin.vt lit.non conteſt.& not.e.ti.c.j.§. ſunt & alii. vbi vide in gl.ii.Dico etiā ꝙ in caſu publicationis pars quæ audiuiſſet teſtes deponētes ſi eſſet producēs,audito primo impediretur producere ſecūdū.pars aūt ꝯ q̄ nō poſſet eo caſu probare derectè ꝯrium: vt in cle.eo.ti. teſtibus. ꝓpter quæ etiā in caſu publicationis nō ſeruatur ꝙ audiāt deponentes.
g c j. ¶ Ibi ſoluitur in vltim.gloſſ.& idem in verſi.ſtatim allegato.
h Secundum Vinc. ¶ Qui hoc notat in capitulo,cum olim.ſtatim allegat.
i Adhibita. ¶ Secundum Pyle.rub.iii.ver.ſed bonus.& Bonagui.rubri.pen.
K Vel non. ¶ Vt quia doctus eſſet:& qualiter ſuper primo,& qualiter ſuper ſecundo,& ſic de reliquis,reſpondere deberet.
Tullius in topicis. ¶ Hoc inducit Azo in ſūma huius tit. verſ. hos aūt o...

8 b eatur.iuxta illud a:O quam difficile eſt crimen non prodere vul
tu:Dicitur ideoque iudici, Tu magis ſcire potes, quanta ſit fides
teſtibus adhibenda.ff.eod.l.3.§.j.extra, de fideiuſſ.conſtitutus in
5 fin.† ¶ Hoc autem ſcias,quod is,qui teſtes & inſtrumenta de mã
dato alterius recipit,debet reſcribere,cuius auctoritatis, cuius fa-
mæ,cuiuſue conditionis ſint:& de aliis circunſtantiis,vt ext.de fi
deiuſſ.conſtitutus.in fin.extra,de teſti.cauſam quæ.extr.de proba
tio.licet. verſi.quanquam.Et debet in actis etiam inſerere quanta
ſit fides ei adhibenda,ut dicunt quidam:vnde ipſo teſte præſente
& audiente dicet.& ſcribi faciet per tabellionem,qui depoſitio-
nes ſcribit,quod ipſum reputat vacillãtẽ,& huiuſmodi.s.§.j.ver
ſic.item quod teſtes ſunt.Et ipſe teſtis poterit etiam contradice-
re,quia eius intereſt,cum,ex hoc ſit puniẽdus.extrà,de pœnis. ſu
per his.Nec obſtat extra, de ordi.cog.cap.ij.Ibi enim non conſta
bat de malitia teſtis per teſtes,quia iudice abſente recepti fuerũt,
& ideo vniti non fuerunt:hic autem ipſe iudex vidit malitiam te
ſtis, & ideo eum punit Imò etiam dicunt quidam, quod teſte nõ
intelligente,hæc ſcribi poſſunt:partem autem non oportet eſſe
præſentem,nec talia ſcire. Sed certe non videtur, quod tabellio
hoc debeat ſcribere,uel dicere,ſeu interſerere in atteſtationibus
niſi ipſi teſtes videant, & recognoſcant ſe vacillare. Dicunt qui-
dam quod ſi ſolus iudex in receptione teſtis, dicat eũ vacillare,
ei credendum eſt:& tabellio ad dictum eius debet hoc ſcribere,li
cet ipſe nullam titubationem vel vacillationem videat.ipſe enim
nullam habet auctoritatem in recipiendo teſtem, ſed ſolummo
do in ſcribẽdo: iudex vero,ſic qui, poteſt teſtẽ capere & ligare.
vt in præ c.ſuper his.& eod.tit.dilectus.extra de probatio.quoni
b am contra in fi. b de teſti.nullum.Sicut ergo tabellio debet ſcribe
re ea,quæ dixit teſtis, & non aliud:ſic etiam fideliter debet ſcribe
re ea,quæ ad iudicis officium pertinẽt, ſcilicet de quibus interro
6 gauit:& ſi cautus eſſet tabellio,hoc inter cætera ſcriberet † Et ta-
lis iudex,qui dictum teſtẽ examinabat,mihi notario dixit, quòd
teſtis vacillabat,& quod hoc ſcriberem:maioris tamẽ authorita-
tis erit, & plus valebit, ſi notarius adiiciat, Et mihi videtur quòd
vacillaret.Hęc tamen debent ſic ſcribi,dum teſtis deponit, & nõ
poſtea:quia poſtea iudici non crederetur, ut in præ.decr.quoniã,
in princip.& in fi.Hoc etiam ſcias,quod iudex & tabellio quan-
tũcunque poſſunt,debent in ſcriptis exprimere modum vacillã
di,ſcilicet quia dubitando vel tremendo,uel ſudãdo præ nimio
timore loquebatur, vel pallidus efficiebatur, & huiuſmodi. Pa
tet igitur,ꝙ ad officium receptoris teſtiũ pertinet, diſcernere q̃-
ta ſit fides teſtibus adhibẽda:& hoc ipſum reſcribere iudici,ut ſu
pra.quod ſi omiſerit,nihilominus poſt factam remiſſionem atte
ſtationum hoc facere tenetur ad mandatum iudicis ſiue ſuperio-
ris:cuius mandato teſtes recepit,non tamen proprio motu:vt ſu-
prà.Et ſic fieri fecimus,cùm eſſemus in Tuſcia,in cauſa, quæ co-
ram nobis agitabatur ſuper quibuſdam caſtris inter archiepiſco-
pum Rauenatem, & commune Forliuii. Et credetur fortè exa-
minatori,quo ad hoc,etiam ſi ſolus ſit,propter mandatum ei fa-
ctum: quia creditur in facto ſibi commiſſo.arg.ff.de reb.eorum,
qui ſub tu.vel cur.ſunt.l.magis.§.ne tamen.ij.q.v.quæ de cauſa.
licet ſit arg.contra in ead.l.§.item prætor.ver.nec nimiũ. & extr.
c de prob.quoniam contra.in prin. c † ¶ Item ad officium ipſius re
7 ceptoris pertinet articulos & interrogatoria, & alia huiuſmodi
examinare:& hoc nulli committere poteſt:ſecundum papam:ſi-
cut nec teſtis receptionem,quia in hoc eius induſtria eſt.l.lecta,ut
extra,de officio legat.cap.fin.Sed ſcribere atteſtationes bene cõ
mittit alteri:& hoc frequẽtamus quia hic potius eligitur opera,
quàm induſtria,arg.extra,de appellatio.cum cauſam.Tabellio ſe
cundum hoc examinabit teſtes,& ad mandatum receptoris exe
quetur etiã in abſentia receptoris:& etiamſi aliqua adiiciat factũ
cõtingentia,& etiam ſibi reſpondeatur,bene valebit, ut nota.ſe-
d cundum papam.extra. de re iudic.cum Bertoldus. d Hoc tamen
reprobo.vt s̃.prope principium huius §. ibi, licet autẽ dixerim.
8 †¶ Cautiorem quoque examinatorẽ eſſe oportet,vt dictum cu
iuslibet teſtis integrè in ſcriptis faciat redigi,quod quidã non fa-
ciũt,nam ſcripto dicto primi teſtis,dicunt quod ſecũdus vel ter
tius idẽ dixit per omnia,ſicut primus:quod quidem curia repro-
bat.arg.C.de uete.iur.enuc.l.j.§.fina. Et dominus Clemens papa
quartus tale teſtimonium non admittebat Poſſet enim replica-
ti,ſi teſtes dicunt idem:ergo non valent uidentur enim ſuborna
ti,quia vnum eundemque ſermonem proferunt:vt s̃.§.j. verſic.
item quod teſtes.idem licet ſcribens ſe ad mentem retulerit,non
ad verba Hoc proſequere plenius ſecundum dominum meum:
vt nota,extra,eodem,cum cauſam,quæ.j.& de verbor.ſignificat,
e nihil obſtat. e † ¶ Sed pone produxi in cauſa tres teſtes,qui ſimul
9 iurauerunt,ſimul depoſuerunt,ſimul interrogati fuerunt: quæri-
tur an valeat,quod agitur?Et videtur ꝙ ſic, quia non inuenitur
[illegible]ohibitum.ff.e.l.j.ergo videtur cõceſſum.extr.de trãsla.epiſco.
[illegible]orporalia.C.de religio.& ſum.fu.ſtatuas. ff. ex quib. cauſ.
[illegible]non.§.j.Argum.contrà:quia vnum eundemque: præ-
[illegible]monem dixiſſe videntur:vt s̃. Debent enim teſtes ex-
aminari ſecretè:ut s̃.in princi.huius.§.& hoc verius eſt,ut ibi pro
bat.Item diligentius iudex in arduis & grauibus examinet, quàm
in leuib.& vilibus,quia circa maiora maius periculum vertitur:
vt xlij.diſ.quieſcamus.ff.de Carbo.edict.l.j.§.3.Et ideo in eis cau
f tius eſt f agendum.7.q.2.c.2.lxj.di.miramur.in auth.de mand.prin.
in prin §.ſit tibi.colla.3.extr. de procura. querela. & diligentius
examinet leues,quam graues perſonas:ut s̃.verſi. conſiderare. &
arg.xlvj.diſtin.ſunt nonnulli.in fi.Sit etiam cautus.vt ſi viderit ar
ticulos eſſe probatos,teſtium refrænet multitudinem; cautè ta-
men.quod dic vt.j̃.§.reſtat verſ.pen.† ¶ Examinator quoque fi-
deliter ſe habeat in inquirenda veritate,ne damnet animã ſuam,
vt quidam faciunt quia à teſtibus patris,quam obtinere volunt,
non quærunt de cauſa ſcientiæ,ab aliis verò quærunt,non ſolum
de cauſa ſcientiæ,verumetiam de cauſa cauſæ, ut teſtes capiant
11 in ſermone;quod fieri non debet,niſi vbi ſunt ſuſpecti. † ¶ Ta-
bellio autem ſic ſe habebit.nam ſcriptis titulis ſeu articulis, hoc
modo.

FORMA. Anno & mẽſe & die tali, talis articulos exhibuit infraſcriptos, ſuper quibus petiit teſtes ſuos interrogari. Articuli verò ſunt hi:Intendit probare,&c.deinde recepto etiam ſacramento teſtium,& die,qua iuratum eſt,ſcribat eorum depoſitiones hoc modo.

FORMA. Anno,menſe,& die talibus,P.teſtis iuratus ſuper
primo articulo ſibi lecto & expoſito,quod incipit,Intendit,pba
g re talis contra Titium, &c. g dixit vera eſſe,quæ in ipſo articulo
ↄtinentur.interrogatus quomodo ſciret,reſpondit, quòd inter-
fuit electioni de illo factæ in eccleſia Biterrenſi, & etiam cõſecra-
tioni eius:& quia vidit eum agere & contrahere, ut epiſcopum,
in rebus epiſcopalibus,& ab omnibus pro epiſcopo haberi.Item
ſuper tali articulo,qui ſic incipit:& c.ſibi lecto & expoſito,dixit,
&c.Et ſic ſuper omnibus articulis interrogetur, ut prędictũ eſt:
& quæratur de cauſa ſecundum formam interrogatoriorum,s̃.
§. proxim.ↄpoſitorum Reſponſiones, qualeſcunque fuerint, re-
digantur in ſcriptis ſub prædicta forma Quo facto alij teſtes eo-
dem ordine ſuper eiſdem articulis eodem modo examinentur,
12 & eorum dicta in ſcriptis ſimiliter redigantur.†¶ Et aduerte dili
genter,quia vbi à teſte de cauſa ſcientię, vel de circunſtantiis ali-
quibus extra principalem articulum ex officio, uel iuxta partis,
ↄ̃ quam teſtis producitur,interrogatoria quæritur:his verbis ta-
bellio debet vti,Requiſitus vel interrogatus, quomodo ſciret,
vel de hoc quomodo ſcit:reſpondit ſic.ar.extr.eo. cùm cauſam,
quę.& c.ad hoc.li.6.aliàs incipit,præſentium.4.q.3. c. ſi teſtes §.
itẽ ſerui reſpon.Vbi vero ſuper articulo principali deponet: tũc
nõ vtatur his verbis, ſed dicat: Talis iuratus ſup̃ tali articulo ſic
dixit.extr.de probatio.tertio loco Nam hic nulla fit quæſtio,ſeu
interrogatio:vnde non eſt neceſſaria reſponſio, ſed ſolum legit̃
teſti articulus,vbi eſt certa facti poſitio ſiue aſſertio,quam ſequi
debet dictum ſimplex:vt 3.quæſt.9.c.pura.extra eodem quoties.
& c.cum tu.& ca.veniens.& c.ſignificauit.& c.cum clamor.Siue
depoſitio:vt eodem tit.c.cum veniſſet c.cum in tua.c. Albericus.
c.licet ex quadam.& c.præſentata.extr.de probatio.quoniã con-
tra.Siue vltranea aſſeueratio:vt extr.eo.ſeries & in prædi.c. ter-
tio loco.non debet examinator ſuper articulo principali quære-
re,uel aliquid facere,per quod teſtis valeat informari, ut iam di-
ctũ eſt arg.ↄtra,quod ſuper eo debeat teſtis interrogari. extra. c.
h per tuas h †¶ Vt autẽ hoc plenius caueat, nota ſ̃m Papã & dñm
13 meũ. i ꝙ in teſtiũ examinatione quędã ↄſideranda ſunt circa exa-
i minatorẽ teſtiũ:q̃dã circa ipſos teſtes: q̃dã circa eorũ dicta. Circa
examinatorẽ hoc attẽdẽdũ eſt,vt ſit prudẽs & exp̃tus diligẽs &
attẽtus:fidelis & cautus.Prudẽs,& exp̃t9 ideo dixi,vt prudẽter &
diſcretè attẽdat,quod ſit teſtis officiũ,& quæ eius verba & ipſius
qualitatem

## ADDITIONES.

Illud.Ouidij Metamor.2.lib.
a In fi. ¶ Et hoc ibi ſcripſi poſt Inno.& Hoſt,in gl.nota quod ex quo.vltra medium.verſi.ille etiam qui teſtes.vſque ad finem.
b In prin. ¶ Solutionem collige ex no.de app.cum parati.& hic,quę ibi dixi ſuper 3.gl.& vide quod dixi de proba.poſt gl.& uide inf.de remiſsionib.§.vtile.ver.ſed nunquid.
c Bertholdus. ¶ Ibi plenius dixi ſuper gl.ſed qualiter.
d Nihil obſtat. ¶ Ibi plene ſcripſi ſuper j.gl.ſequens ver.ad literam fuit Alb.Gal.eo.ti.verſi.pone quæſtionem. & per errorem ibi duplicatum eſt. ¶ Adde,quod dom.Ant.& Ab.in d.c.nihil obſtat.tenent opi.Clementis,& dom.Ant.in c.2.de regular.Bal.no.in l.fi.§.in refutatorijs. C.de app. non dãnat, ſed dicit quod notarij melius facerent extenſe ſcribere. & idem facit Hoſt.in d.c.nihil.vt ibi refert Abbas.De teſte uero,qui dicit,dico vt ille dixit, vide eundem Bal.in l.teſtium.C.de teſtibus.
e Agendum. ¶ De elec.vbi periculum.lib.6.
f Titium,&c. ¶ Reſpicit articulũ poſitum.in §.nunc videndũ.ver.in primo.
g Per tuas. ¶ Nullum abſurdum, licet dicatur ſuper tali articulo interrogatus teſtis,&c.& ſic ſeruatur.
h Et do.meum. ¶ Qui hoc no.in decre.cum cauſam.e.ti.illa tamen ibi dicendo,hic remiſi.

qualitatem & vultum. Officium namque teſtis quod primo iudex attendere debet,eſt,dicere plenam veritatem ſine adiectione falſitatis ſuper eo, ſuper quo producitur, & hoc iurat. quod dic vt s.e.§.ſequitur.Debet autem teſtis eam veritatem dicere ſuper articulo,ſuper quo inducitur,quam quinque ſenſibus percipere
a poteſt,ſ.viſu,auditu,guſtu,tactu,& odoratu.[a] † De viſu probatur
14 s §. primo. ver. item quod non perhibet. quod fiet ſic: Si enim quæſtio eſt inter aliquos,an aliquis rem aliquam tenuerit,vel cuius coloris ſit,tunc debet teſtis deponere de viſu,& dicet ſic:Ego vidi ꝙ P. de facto tenuit talem rem: nec eſt neceſſe vlterius quærere cauſam ſcientiæ,vel ſui dicti,cum iam reddiderit eam;nec aliam bonam valeat aſſignare:non tamen eſt inutile de aliis circũſtantiis querere ab eo,puta,vbi eras quando vidiſti,& quãdo audiuiſti,& qui erant tunc tecum, & de ſimilibus. Hæc tamen non ſunt cauſæ dicti ſui, ſed circunſtantiæ ad veritatem plenius indagãdam.Si verò teſtis dicat ſimpliciter,P. tenuit de facto talem rẽ: nec dicat,uidi, adhuc valet eius dictum ſine cauſæ redditione ꝓlatum, ſi non fuit de illa interrogatus. Quod dic vt s.§. primo. ver.item quod interrogatus.& j.eo ver. viſo præſumendum eñi eſt pro teſte,quòd illam reddidiſſet,ſi interrogatus fuiſſet. prima queſtio.vij.c.ſancimus.ſed nec ipſe debet eſſe iudici nimis verboſus.s.§.j.ver.item quòd eſt verboſus. Vtile tamen eſt tunc quæri de cauſâ dicti ſui:nam ſi dicit,Scio quòd nullus dubitat, vel quia
15 ſic omnes dicunt:† Vel ſcio,quia ſcio:inſufficiens cauſa eſt:vnde non valet eius dictum ſed ſi dicit,Scio quia vidi: tunc bona eſt. Idem quoque eſt quando quæritur de colore. ideoque cæcus nequit in talibus teſtificari,quia ibi non poteſt bona ratio per eum reddi,niſi uiſu:quo ſenſu cæcus caret.quæ dic ut in præalleg. ver. item quòd non perhibet. & ſequen. ¶ De auditu quoque is qui audit poteſt teſtificari.ſi enim quæritur,an quis habeat vocem altam vel ſubmiſſam,& planam,groſſam,vel gracilem,bonam vel malam:hic reddenda eſt ratio de auditu, nec alia ſufficiens eſſe poteſt.Poteſt quoque reddi ratio de auditu,cũ quætitur, de qua materia aliquis prædicauit,vel legit,vel concionatus eſt.Idem ẽt eſt,quando quæritur de venditione rei,uel de obligatione cuiuſcunque alterius contractus inter aliquos initi,in quibus nulla ſuf
16 ficiens ratio reddi poteſt, niſi de auditu.† Nam ſi tunc diceret: Scio,quia vidi,falſum dicit: quia vox vel verbum videri nequit,
b ſed audiri ſic:quamuis Ariſtoteles dixerit[b],quòd voces aliæ albę aliæ nigræ Idem etiam eſt de aliis ſenſibus,qui tali actui cõgruere nequeunt. ¶ Hinc eſt,quod omnino ſurdus,quantuncunque oculatus & linguoſus,nequit de hoc teſtificari.Inſt de teſta.§. teſtes.Sed in primis caſibus,in quibus non de auditu, ſed de viſu cã quæritur,bene poteſt ſurdaſter:tamen qui difficulter audit,ſi nõ
17 ſit omnino ſurdus,poteſt etiã in his teſtificari.† ¶ Quid de muto? Non videtur, quod aliquo caſu poſſit ferre teſtimonium: vt in præ.§.teſtes.& C.qui teſtam fa poſ. mutus. niſi forſan, exem-
c plo Zachariæ[c],ſciret literas:& per ſcripturam redderet teſtimonium,vel quia ſigna indubitata haberet, per quæ ad plenũ intelligi poſſet.C. eodem titulo.l.diſcretis.ff de leg.3 l.nutu. extra. de ſpon cum apud.& c. tuæ. arg. tamen contrà, quod teſtimonium nequeat per ſcripturam proferri.extrà,qui ma ac.poſſ.à nobis.v. quæſt. 2. c.relatum.3 .quæſt. 9.teſtes.& ca.chartæ extrà de coha. cler.& mu.tua.Sed illa vera ſunt in his,qui fari poſſunt.extrà, de ſpon.tuæ:tunc enim de ſe loquatur. de conſec. diſtinctio. 4. cum pro priuil.Sed néc tunc ſufficit,niſi per iudicem examinentur, q cõſiderare habet vocem teſtis & pallorem: vt dixi ſupra eodẽ §.
d verſicul.ꝯſiderare etiam[d].¶ Si dicas,cum edictũ de teſtibus prohibitorium ſit:cęcus,ſurdus,& mutus ex præmiſſis admitterentur,quia expreſsè non prohibentur.ff.eod.l j. Reſpondeo, prohibiti inueniuntur:ut in præd. §.teſtes.& ff. de teſta. l qui teſta-
18 mento. Sed & ſi non inuenirentur prohibiti,† habeo tamen veram & naturalem rationem,qua impediuntur.ff.de iudiciis.cùm prætor.§.non autem omnes.Et talis ratio pro lege ſeruanda eſt. 1.diſtinctio.conſuetudo.Inſtit. de iure natura.§.quod verò naturalis ratio.Et ſcias,quod quandoque de auditu auditus : quæ dic vt in præd.verſ.item quod non paribus.& ſeq ¶ De guſtu etiam teſtis deponere debet:vnde ſi quæratur de aliqua re,an dulcis fuerit,vel amara:neceſſe habet reddere teſtimonium de ſenſu,qui ei cõgruit,ſ.de guſtu.Si ergo aſſerat rem talem eſſe, nequit cãm ſcientiæ reddere ſufficientem,niſi de guſtu: vt dicat, Scio, quia guſtaui:nec aliquis aliorum ſenſuũ hic aptus eſſe poteſt. Vnde Iob trigeſimo quarto,Auris verba probat,& guttur eſcas guſtu diiu
19 dicat † ¶ De tactu teſtimonium reddetur:vnde ſi quæritur, an res aliqua aſpera ſit uel lenis,uel ſuauis,uel mollis, uel dura, non poteſt reddi teſtimonium,niſi de tactu. Aſperitas enim rei corporalis,vel ſuauitas non comeſtibilis,nec uideri, nec audiri, nec guſtari,nec odorari poteſt.Hic ergo vtile eſt quærere cauſam dicti, quæ non eſt ſufficiens,niſi una,ut dicat, ſcio, quod eſt aſpera vel lenis,quia eam tetigi ſeu palpaui.arg .21.q.4 c.j.in fin.ibi:Palpate
e & videte,[e]&c.¶ De odoratu etiã teſtis deponit. Vnde ſi quæratur,an aliqua res odorifera, vel fœtida ſit:hic nõ poteſt reddi cauſa dicti,niſi vna.ſ.de odoratu,vt dicat,Scio,quia odoratus fui eã. 23.q.4.Nabuchodonoſor.in princip.extr.de ſacra.vnction.c.vnico.§.ad exhibendum. Poteſt tamen iudex ad circunſtantias procedere,& quærere, an aliæ res eſſent vicinæ, ex quibus malus vel bonus odor poſſet exhalare: & an tempore, quo odoratus fuit ſpecies,eſſet ingurgitatus uino, uel cibo vſque ad crapulam: vt
20 ſic potius ex ſeipſo,quàm ex ſpeciebus fœtor euaporaret. † Nã ex nimia ingurgitatione olet os.ff.de ædil.edict.l.qui clauum.§.is cui.Vtile eſt igitur talia,& his ſimilia,hoc caſu,& ꝓcedentib.quęrere.Nam non omnia membra idem habent officium, nec vnius officium eſt alteri attribuendum:vt 89.di ſingula.ext. de hære cũ ex iniuncto. Et laborabit iudex quibuſcunque modis poteſt ad veritatem & falſitatem inueſtigandam:vt ſupra eodem. §.proxi. ver.item de tempore dum tamen congruat ſint,& pertinentia,& quæ poſſint negocio adaptari.extrà, de teſt. ad hoc. aliàs incipit, præſentium.lib 6.Si tamen omittatur, non minus valet dictum
21 teſtis:vt s.ver.de viſu † ¶ Debet ergo iudex ſeu examinator eſſe diligens:ut verba teſtis attendat,& eius qualitatem:ut j.ver.viſo & ſequent.& vultum:vt s.eodem §.verſi.conſiderare. & locum, & tempus,cauſas,perſonas,& circunſtantias,& alia,quæ dic vt s. § proxim dixi. Attendere debet etiam præſumptiones:nam atteſtationes,quæ non valent,quandoque ratificãtur per expreſſum conſenſum,& etiam per tacitum.arg.4.quæſtion.3.ca.ſi teſtes. §. ſi quis teſtibus.licet aliud ſit in ſubſtantialibus in litis conteſtatione,& ſimili: extra,de lit.conteſt.capit vnico. Atteſtationes enim vires ſumunt ex partium pactione,ita vt ſi alterutra partium opponat atteſtationes non valere:quia nõ ſunt in hoc iudicio productę:talem exceptionem tollet replicatio pacti.arg.extr. de teſtib.c.veniens.2.& ff.de re iudic ſi conuenerit.ff. commun. diui. iudicem ff.de no.ope.nunc. l.j. §.& poſt operis.& ſequen. Et hac ratione conſiderata,dicunt quidam,quod is, cui commiſſa eſt teſtium examinatio,poteſt eam alij delegare ſi partes expreſsè cõſentiant:vt tetigi s.eodem.§. qualiter autem. verſic. hoc autem.
22 † ¶ Fidelis etiam & cautus debet eſſe,vt fideliter in ſcriptis veritatem redigi faciat,ſicut profere iurà teſte,nihil mutando,vel detrahendo: & diligenter vulgare in Latinum interptetur: nec dicat teſtem dixiſſe,credo:ubi dixit,ſcio,vel ecõtra s.§.1.ver.item quod depoſuit.& s.eo.§ ſequitur.prope prin. Taliter enim poterit dictum teſtis in ſcriptis redigere,quod aufert ius habẽti:quo
f caſu ad reſtitutionem obligabitur.[f] Extenſiuè ergo ſcribat: nec dicat,talis dixit per omnia ſicut primus:vt ſup ver.cautum.¶ Viſo quæ circa examinatorem conſideranda ſunt:ſequitur videre, quæ circa perſonas teſtium ſunt attendenda. Et quidem attendẽdum eſt,an ſit inimicus,vel mulier.uel minor, vel infamis, & ſic de aliis.quæ proſequere,ut s.§.j. Non enim debet aliquid dicere odio,vel amicitia,vel timore,uel prece,vel precio:vt s.§. ſequit. & §.1.ver.item quòd amore.Circa eorum dicta, etiam conſiderandum eſt an aptam cauſam ſui dicti reddant:vt s.ver.vt autem
23 hoc.& ſeq.& s.§ j.verſi item quod non reddit.† ¶ Quid ergo,ſi quis petit fundum rei vendicatione,& teſtis,qui iurauit ſuper tota cauſa dicere ueritatem, dicat ſic: ſcio quod P. eſt dominus rei petitæ:nũquid eſt ſufficiens tale teſtimonium? Reſpondeo, non imò reus abſoluetur,niſi actor aliud probet: quia talis teſtis non
g reddit teſtimonium de facto,ſed de iure,quod ei non licet[g]:nec
24 neceſſarium eſt,cum ius certum & limitatum ſit † Alius enim eſt teſtis iuris vt aduocatus: & alius teſtis facti, vt teſtis, de quo hic loqui-

## ADDITIONES.

a Et odoratu. ¶ Adde quod quæ non clauduntur ſub aliquo ex quinque ſenſibus,non cadunt directe in teſtimonio.Bal.in l.qui teſtamento.§. & veteres. ff de teſtamen. ¶ Et qualiter teſtes deponant ſuper his, quæ magis percipiũtur intellectu,quàm ſenſu,vide Bal.conſi. cclxxxvj. incip. Thema proponitur.verſi.ſupereſt.igitur.in col.pen.in 2.vol.Hen.Ferran.

b Dixerit. ¶ Hoc dixit in lib. Topicorum.& intelligit,quod eſt vox clara,& obtuſa vel accuta, vel grauis.& vide s. §. j.& ver.item quod non perhibet. in fine.

c Zachariæ. ¶ Lucæ 1.c.

d Verſicul.conſiderare etiam. ¶ Dixit ergo Alber. Galea. eod. titul. verſicul. penult.quod ſi teſtis ſcriberet dictum ſuum,concludens & iurãs ſic eſſe, prout ſcripſit,non valeret teſtimonium.3.quæſt.ix. teſtes.v.quęſt. 2. relatum.Idẽ Gof.eo.tit.ante fi.& Hoſtien.eod.titul.§.ſuper quibus. ad finem. uerſ. quid ſi teſtis ſcribat.& de hoc dixi eod.tit.c.de teſtibus.in princ.

e Videte,&c. ¶ Luc.vj. ¶ Adde quod teſtis deponens de uiſu,debet deponere de viſu corporeo,& non mentali:& reddere rationem ex inſpectione intentiua,& non ſpeculatiua.Bal.in l.j.ff.de his.quæ in teſta.delen. Item adde, quod teſtis interrogatus quare ſciat,& dicat,quia vidi:eius dictum non ꝓbat.Bal.in l.j.ff.de his,quæ in teſt.delen.in 2.col.in prin.

f Obligabitur. ¶ Vide quod ſcripſi de proba.quoniam in gl.no.ꝙ ex co[illegible] tra medium.ver.ille etiam.

g Licet. ¶ De iure intellige vt dixi ſupra,§.nunc videndum.in[illegible]

loquimur. Debet ergo teſtis interrogari qualiter ſcit ꝙ actor ſit
dominus,& ex qua cauſa habuit dominium.extr.de fide inſtr.ca.
cum Ioannes.Et ſi reſpondeat,quod ex cauſa emptionis,uel alte
rius contractus,interrogetur à quo emit:quia nec omnes vende
re poſſunt.xii q.2 alienationes.Interrogetur etiam de quantitate
precii,& an res fuerit tradita,quia ſine rei traditione non acquiri
tur dominium Inſtit.de rerum diui.§ per traditionem. & §.vẽdi
tæ C.de pactis l.traditionib.Et an hoc vidit,& præſens fuit extr.
de conſuet.cap.2.& s̃ §.1.uerſic.item quod non paribus.Et an in
totum uel pro parte,& pro quota parte emerit:& de multis aliis
25 quæ occurrere poſſunt:vt s̃ §.proxi.ver.in quinto.† ¶ Item non
bene dicitur.Vidi ipſum dominum eſſe:ut ff.de interro.actio.qa
a plerunque[a]. Veruntamen ſi teſtis dicit, Vidi quod talis geſſit ſe
pro domino talis rei tanto tempore, intelligit quod ſufficiat ad
præſcriptionem:bene probat utile dominium etiam ſi non red-
dat cauſam,quia ab eo non quæritur.ar.C de præſcrip.30.anno-
rum.ſi quis emptionis Attendat etiam iudex an teſtis dicat veri
tatem de his,quæ quinque ſenſibus corporis percipi poſſunt,ut
s̃.dixi.Vnde non quærat:vt quidam faciunt,an P ſit dominus ta
lis rei,& an ſit iracundus,uel ebrioſus:ad hoc enim & ſimilia non
tenetur reſpondere.Nam ſecundum Papam & dominum meũ,
b nullo ſenſu corporis[b] apprehendi poteſt,quod P.ſit dominus ali
cuius rei,uel quod ſit iracundus,uel ebrioſus: ſed oculo mentis
tantum,ſ.ratione:ut ext.de ſacra vnctione.c.vnico.§.quia uero.
& uer.inuertice hoc apprehendi poteſt.Ipſa etenim ratio ex his
quę mediantibus corporis ſenſibus apprehendit,bene p̃t ipſum
P.ebrioſum,uel iracundum,uel dominum iudicare: ipſe tamẽ ñ
adducitur in iudicem,ſed in teſtem,non iuris, ſed facti,ergo nõ
aſſumat partes aduocati:vt iam s̃.dixi.Quod ſi fecerit,non preiu
dicat eius dictũ,neque valet,niſi vltra procedat,ut uidelicet ſuf-
ficientem cauſam ſui teſtimonii reddat,ſic dicens:Scio P. domi-
num talis panni:quia vidi & præſens fui.quando ipſe emit lanam
de qua facit pannum Hoc enim caſu probat dominum, non ra-
tione primæ partis dicti ſui,in qua dicit eum dominum,quod ui
dere non potuit,ſed iudicare tantum,vt dictum eſt:imo ratiõe
tantum ſecundæ partis,in qua dixit,quod vidit & præſens fuit,&
cætera vt ſupra,in qua reddit cauſam iuſtam & ſufficientem ſui
iudicii.Nec eſt malum,ſi teſtis,uel ratio bene & uere iudicat ex
his,quæ ſenſibus corporis apprehendit, quod iudex concordet
cum eo,ex quo ſufficientem cauſam reddit, aliter non ¶ Idem
26 etiam ſentias,ſi ſic dicit:Scio † iſtum hominem ebrioſum eẽ, qui
fui cum eo multis annis conuerſatus,& quolibet die me præſen
te & vidente bibebat vinum purum ſine aqua,& in tanta quanti
tate,quod vix tranſibat diem ſine ebrietate,quia ita ſoporabatur
quod non intelligebat ſe ad plenum,nec vti poterat ratione. Va
let enim tale teſtimonium,non ratione primę partis,in qua dixit
ipſum ebrioſum:ſed ratione ſecundæ partis: in qua ſufficientem
cauſam ſui teſtimonii ſiue iudicii ſui reddidit,vt prædixi.¶ Idem
quoque eſt ſi ſic dicit: Scio P.iracundum, quia multo tempore
ſteti cum eo,& vidi:& audiui,quod de facili mouebatur,& iraſce
batur ſine iuſta cauſa,& ſpecialiter cum ſuis male reſpondendo,
vultum atrocem,& quandoque pallidum, quandoque rubeum
oſtendendo,maledicendo,comminando,percutiendo, & ſeipſũ
dilacerando.Hoc enim ualet teſtimonium,non ratione primæ,
ſed ſecundæ partis,vt præmiſſum eſt:& idem eſt in ſimilibus ob-
c ſeruandum.extr.de reſcrip.inter cæteras.[c] † ¶ Hoc quoq; notan-
27 dum eſt,quod quædam ſunt,quæ non ſolum ad iudicium ratio
nis,ſed etiam teſtimonium ad ſenſum corporis trahi poſſunt:ut
ſi teſtis dicit:Scio quod P.talem rẽ tali tempore poſſidebat, uel
iuſte poſſidebat.Nam poſſeſſio, maxime quando adiungitur iu-
ſte,aliquid iuris habet.ar in hoc quod no.ext.de conceſ.præben.
propoſuit.§.auditor.ad fi.habet & multum facti: ut ibidẽ. Vnde
& dictum teſtimonium ſic eſt intelligẽdum,poſſidebat,id eſt,de
facto tenebat,& ei corporaliter incumbebat, quia talis eſt com-
munis intellectus huius verbi,quem ſequi debemus.arg.extr.de
ſponſ.ex literis.1.ext.de verbor.ſign.intelligentia.Sed dices, à ſi
mili dicendum eſt,quod ad iudicium rationis ſpectat an P. bene
vel male cãtet:& an res ſit odorifera, uel fœtida: & ſic de ſimili-
bus.Reſpondeo, non eſt ita: quia hęc tantum ſenſibus corporis
proprie apprehendi poſſunt. licet in his ſecundum quod ſenſus
magis uel minus in hominibus vigent,poſſit unus melius & for-
tius apprehendere,quam alius.Et ideo magis uel minus ei credẽ
dum eſt in hac parte:& hoc in ſenſu viſus manifeſtè apparet.Ali
quis enim habet curtiorem viſum,quam alter:ideoq; magis cre-
ditur ei,qui habet curtiorẽ de viſu ad propinqua, quam illi qui
habet longiorem de viſu ad remota. Vnde & in teſtimonio ſen-
ſum ſæpe ratio iuuat,& adminiculum prȩſtat:quare etiam ſi de te
ſtimonio viſus ſeu inſpectionis agatur,magis credendum eſt illi
28 teſti, qui perſpicacius & ſubtilius videt,quam alii. † ¶ Hinc eſt,
quod in talibus magis credendum eſt iuueni,qui habet perſpica
cem & ſubtilem viſum,quam ſeni,qui viſum habet obtuſum.Pu
ta,quãdo agitur,uel quæritur,vtrum mulier arcta ſit, uel apta ad
viriles amplexus,quod per mulierum inſpectionem perpẽditur
ac iudicatur:ut extr.de fri.& malefi fraternitatis.in prin.& c. fin.
de probatio.c.penulti.xxvii.q j.nec aliqua aliquæ mulieres in ta
libus expertiores & peritiores ſunt aliis vnde eis magis creden-
dũ eſt.50.diſ vt conſtitueretur.ibi:experto cre.&c.& in tali caſu
ſufficit,ꝙ teſtis dicat,Vidi & palpaui eam arctam: quia ſolo ſen-
ſu corporis,ſcilicet viſu & tactu,hoc apprehenditur.Et hoc eſt,
quod dicitur,Sæpe manus,uel oculus fallitur obſtetricum: vt in
prædic.concordan.idem eſt,ſecundum Innocen.papam, cum q̃-
ritur,an quis frigidus ſit,& impotens ad coeundum:ſed tamẽ nõ
videtur, quod hoc de facili apprehendi poſſit per ſolam inſpe-
ctonem.Vnde ſecũdum quoſdam,& hic requiritur alia certa ſo
lennitas,priuſquam matrimonium diſſoluatur:vt ext.de fri. cap.
fi.Sed dominus meus dicit,quod illa ſolennitas eſt ſeruanda, qñ
agitur de maleficio.Frigiditas autem,uel alia impotentia,quan-
doque per ſolam inſpectionem probari poteſt:vt ipſe no. ext.de
frigi.& male.c.1.& c.laudabilem. ſuper qbus autem iudex inter-
rogabit teſtem,dictum eſt s̃.§.proximo.¶ Porro in cauſa inquiſi
tionis capitula,vel articuli fiunt,ſuper quibus teſtes examinant̃.
vt ext.de accu.qualiter.2 §.debet.Vt autem expertos vtiliter in
talibus inſtruamus,formam inquiſitorii,ſecũdum ꝙ teſtis in cau
d ſa inquiſitionis examinetur,ſupponamus.[d]
29 ¶ FORMA inquiſitionis † Quæro à te,an ſcis vel credis, uel
fama eſt,epiſcopum uel clericum aliquem ciuitatis,vel diœceſis
feciſſe ꝯceſſionem ſuper quacunq; re ſpirituali pro pecunia, uel
alia re temporali data,uel promiſſa,vel retenta, uel ex pacto ſeu
conuentione.1.q.2 quam pio.ext.de ſimo.ca cum eccleſia. Item
an ſcis, vel credis, vel fama eſt quod aliquis dederit aliquid epi-
ſcopo pro eo quod eſt incontinens, uel pro eo quod habet, uel
habuit cõcubinam,uel ſuſtinuerit eum pro aliquo alio commo-
do temporali.extra.de vita & honeſta.cleri ca.vt clericorum §.
prælati extra.de ſimo nemo.Item,an ſcis,uel credis uel fama eſt,
quod epiſcopus aliquid receperit,& habuerit per ſe, uel per aliũ
tacite,uel expreſſe,uel clericus aliquid dederit, uel promiſerit ꝑ
ſe,uel per interpoſitam perſonam ꝓ beneficio eccleſiaſtico ob-
tinendo,vel vt eligeretur,vel precibus illud contulerit.1.q.1. re-
periuntur & c.ſunt nonnulli.extr.de ſimo.c.ad hęc.c. ſicut.extra
de æta.& quali c.tuam.Item an ſcis,uel credis,uel fama eſt,quod
epiſcopus monuerit clericos ſuos ſuper vita & honeſtate,& dili
gentia in diuinis officiis,& aliis:& quod delinquentes punierit
vt in præ.c.vt clericorum.reſpon.j.xii.diſt.de his ext. de cenſi. §.
ſane.lib.6.Item an ſcis,uel credis,uel fama eſt,aliquem clericum
cuiuſcunque ſtatus,uel ordinis concubinam habere,uel ei coha
bitare,uel eam ſuis expenſis in domo uel extra tenere, uel ad ali-
quam accedere,uel ad ſe venire,uel cum aliqua ſuſpecta muliere
conſortium uel colloquium habere. extra de cohabi. cleric.&
mu.c.1.2 & ſeq C.de epiſ.& cleric.auth.epiſcopus.32 diſ.presby
ter lxxxi.diſt.Item igitur an ſcis,uel credis, vel fama eſt aliquem
eorum aleatorem eẽ.ext de ui.& hone cler c.clerici ext ne cler.
uel mo.c.1.C. de epiſco.& cler.authen.interdicimus.uel blaſphe
mum extr.de elect.male.c.2.25 diſtin.c.vnum orarium.§ alias ea
demum.

## ADDITIONES.

a Plerunque. ¶ Roſ.Bene. vbi tractat de confeſſoria,plene proſequitur in 2.
col.& Io.de Bla.vbi tractat de rei vend.in fi.dicens teſtes qui deponunt ali
quem eſſe dominum rei mobilis,quia emit,& per triennium cõtinue poſſe-
dit:vel immobilis:quia emit,& per decẽ vel viginti annos ꝯtinue poſſedit:
videri falſos,quia deponunt, ꝙ impoſsibile eſt eos ſcire.Aut enim de ciui-
li,aut de naturali poſſeſsione loquuntur:ciuilis conſiſtit in animo.C. de ac
quir.poſ.nemo ambigit.qui animus per teſtem ſciri,uel videri non potuit.
Teſtis autem deponere debet de eo,quod ſcit.C.e.tit.l.teſtium.ergo repro-
bandum eius dictum:ſi deponit de naturali illud idem:quia impoſsibile eſt
illum ꝯtinue decem vel 20.annis pedib.inſediſſe poſſeſsioni rei immobilis.
uel continuo tenuiſſe per triennium rem mobilem animo poſsidendi.Item
ex per te teſtis impoſsibile eſt eum continue id vidiſſe:& ſic non diuertiſſe
à loco,nec dormiuiſſe.Ad vtranque etiam poſſeſsionem dictum eorum re-
ferri non poteſt,quia naturalis & ciuilis ſimul non poteſt eſſe continua,pro
pter naturalem,vt eſt dictum.& facit ff.de ſeruit.l.ſeruitutes.4.Ex quib. cõ
cluditur per tales teſtes,nec directum dominium per vſucapionem,nec vti
le per præſcriptionem eſſe probatum: cum non cadat in intellectum conti-
nua poſseſsio.Ad hanc cauillationem reſponde per id quod no.j̃.de proba.
§.j.ad fi.ver.ſed quæritur qualiter. ¶ Adde quomodo per teſtes probetur
poſſeſsio,Ale.conſ.lj.& cx.lib.1.
b Corporis.¶ Solo,vt ſtatim ſubdit.
c Inter cȩteras. ¶ Hoc ergo intendit per ſuperiora diſtinguere iudicium à
teſtimonio.Dicere ergo,Ita iudico: vel,ita mihi videtur:non valet in his,
quæ ſolo ſenſu corporis percipiuntur.In illis autem quæ ratione mentis ꝑ
cipiuntur,licet cauſata ab aliquo ſenſu corporis, illo expreſſo bene proce-
dit talis rõ dicti in teſte. ¶ Adde huic additionẽ q̄ ſcripſit Ale.ꝯſ.9.15.& cõ
ſi.74.li.1.& ꝯſ.xlvii.& lxxxii.lib.4.& cõſ.cxlv.lib.2. Adde tu,ꝙ teſtis depo-
nens quoad oculum intellectus,niſi reddat rationem eius,ꝙ per ſenſum ꝑ-
cipitur,non probat.Bal.in l.1.ff.de his,quæ in teſta.delen.
d Supponamus. ¶ Inquiſitorium autem,quod fit ipſis inquiſitis cũ genera
literr in capite,& in membris inquiritur de ſtatu eccleſiæ,vide j̃.de inquiſi
tio.§.nunc tractemus.uer.licet autem.

demum,in fi.& c.ſeq.xxi.diſt.deniq; 24 q 3.ſi igitur. & c.ſeq. uel
vſurarium.xlvii.diſt non licet & c.ſequen.ext.de uſuris.preterea.
vel cōiuratorē ſeu conſpiratorem.xi.q.i.ↄiurationū.& c.ſeq. ex
tra,de re iudi.cum I.& A.de iud.ca.exhibita. vel alienatorem rei
eccleſiaſticæ.12.q.2.monemus.& tribus c ſeq.extra, de reb. eccl.
alie. uel non.ſi quis presbyterorum.uel obligatorem.extr. de pi.
c.1.& 3.C.de epiſcop.& cle.ſancimus.primo.in prin vel male ad
miniſtrantem,uel res eccleſiaſticas dilapidantem, & conſumen-
tem,uel male diſpenſantem.28.diſtin.de Syracuſanæ extr. de ſi-
mo.licet Heli.3.q.2.quia ea.extr.de accuſ.c.fin.extra de offi.del.
venerabilis.Item,an ſcis, vel credis,uel fama eſt,quod ſacriſta, vľ
theſaurarius,uel cuſtos vaſa vel veſtimenta, & alias res uel orna-
menta eccleſiæ:puta libros, vel alia diuino cultui dedicata bene
ſeruauerit:& ſi aliqua de mobilibus diminuta ſunt, & per quem,
& quare,& quando,& qualiter.ext.de offic.ſacri.ca.vnico & de
offi cuſt.c.vnico.25.diſtin. perfectis.in fi & de off arc.ea quę.12.
q.2.c.alienationes.& ſic quęre ſuper ſingulis officiis de his, quæ
ad quemlibet eorum noueris pertinere.quod dic vt in præ.ca.ꝑ
lectis.& 21.diſt cleros.& ext.in tit.de officiis.Item,an ſcis,uel cre
dis,uel fama eſt,quod officia diuina deuote horis cōpetentibus,
& ſolenniter celebrentur:& an in ſingulis eccleſiis mos eccleſiæ
diœceſanæ,uel metropolitanæ in diuinis ſeruetur extr.de celeb.
miſſ.c.j.& c.dolentes.12.diſt.de his.& de conſec diſt.2.inſtitutū.
Et an interſunt exequiis mortuorum: & an tenent eccleſias uel
cœmiteria,uel euchariſtiam,uel reliquias,& alia huiuſmodi mū
dè & lante ext.eo.cum creatura.reſpon.j.& c.ſane.de cuſto. eu-
chariſtiæ.ca.1.& 2.Et qualiter baptizant,vel pœnitentias iniun-
gunt:& an ad hæc facienda prompti ſint,uel negligētes:& an ali
qui ob hoc ſine penitentia vel baptiſmo deceſſerint.extr.de bap-
ti.c j.de conſecr.diſt.4.de catechumenis.& c.ne quod abſit.extr.
de pœni.& re.c.ſi xvi.q.vi.ſi quis presbyter.& c.ſeq.Itē,an ſcis
vel credis,vel fama eſt,aliquem eſſe in ciuitate,vel diœceſi, hęre
ticum,uel ſuſpectum de hæreſi, uel conuenticula per tales fieri:
vel an ſcis domum,vel prædium,vel antrum,uel locum ubi con
ueniant:vel an ſcis,uel credis,uel fama eſt,aliquem eſſe recepto-
rem,vel fautorem,uel credentem,uel defenſorem, uel laudato-
rem,uel vice eorum miniſtrantem eis,quo ad victum vel veſti-
tum,& alia neceſſaria,extra.de hæret excommunicamus.primo.
§.credentes & cap ſi aduerſus.& c.ſequen.in prin.C.de ſum.tri.
l.ſecunda,& 3.C.de epiſcop.& cler.conuenticula.30.diſt. ſi quis
ex.& c.ſequen C.de hære.cuncti.& l.Arriani.& l.ſeq.& authen.
credentes.35.q.vi.epiſcopus in ſynodo.Item,an epiſcopi & cle-
rici ſint aſſidui in officiis,& an ſurgāt ad matutinas horis compe
tentibus,& an intrent chorum honeſte,cum cappis,uel ſine cap-
pis,cum ſuppelliciis,uel ſine:ſi dormiunt in communi dormito-
rio,& medunt in communi menſa:ſi acceperūt aliqua de poſſeſ-
ſionibus ipſius eccleſiæ authoritate propria:ſi epiſcopi uel capi-
tuli negligentia aliqua de poſſeſſionibus eccleſiæ ſunt alienata.
extr.de vi.& ho cle.quoniam. cum ſuis cōcor.Item,an ſcis, uel
fama eſt,aliquos eſſe ſimoniacos,periuros,delapidatores. extra.
de ſimon.licet.de re indic.cum I.& A Item quæratur de ſingulis
in quibus conſiſtit honeſtas clericorum. Quæ dic vt extra, ne cle
ri.uel mo.c.j.uigeſimatertia.diſtinc.de his igitur.& dixi in reper-
to.in tit.de vita & ho.cler.& de aliis,ſicut inquiſitoris diligentia
uiderit expedire.uidelicet,an aliqui ſint adulteri, uel inceſtuoſe
coniuncti:& ſic de ſimilibus iii.q iiii.conſanguineorum.25.qu.2.
30 c.2.& 6.qu.1.infames.†¶Ex præmiſſis ergo patet, cum inquiri
tur de ſtatu eccleſię,& tā de capite,quam de membris iurant te-
ſtes ſuper omnibus his,quæ ſciunt uel credunt in ſua eccleſia re-
formanda,tam in capite,quam in membris,exceptis occultis cri
minibus,meram & puram dicere ueritatem:ut extra, de accuſa-
a tio.qualiter.j.§.fin.[a] & c.cum dilecti. Adde ſiue fuerit interroga
tus,ſiue nō. Addunt etiā quidam, ꝙ non reuelabunt dictū ſuū ali
cui,donec teſtes fuerint publicati:ut ſ. ſequitur.Eſt & alia forma
quæ nō ſeruatur,ſcilicet,quod non reſpondebunt ueritatē ad in
quęſita:ut pręc.c.cum dilecti.Sed hoc poteſt præſtari ab eo cōtra
quē inquiritur:præcedens uero à teſtibus. Quidam autem,ut om
nem frandem excludant,utrumque iuramentum faciunt præſta-
ri,tam ab his,contra quos inquiritur,quam à teſtibus. De hoc ui
de ſ.§.ſequitur.Vbi autem inquiſitio fit ſuper certo crimine,nō
debent teſtes deponere de occultis,uel manifeſtis, niſi de his ſo-
lum,de quibus facta eſt copia infamato:ut eodem titu.qualiter.
2.§ debet.

ADDITIO.

a §.fin. ¶ Et ibi in fine ſcripſi quod licet non debeant occulta crimina reue-
lare, occultas tamen circunſtantias manifeſtorum criminum reuelare te-
nentur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex non debet atteſtationes partibus non vocatis publicare.*
2 *Publicatio atteſtationum qua forma fieri debeat*
*Poſt quam renunciatum eſt teſtium productioni, uel concluſum in cauſa, non poſſunt alij teſtes induci.*
3 *Atteſtationib. publicatis, non ſunt alij teſtes ſuper eiſdem articulis produ cendi, & in quibus caſibus fallat hæc regula.*
4 *Petens poſt atteſtationum publicationem teſtem interrogari, an obtinere debeat.*
5 *Teſtes ijdem, an ſæpe poßint ante atteſtationum publicationem induci.*
6 *Teſtes recepti ad æternam rei memoriam, & ſecundum formam iuris publici, ſi poſt atteſtationum publicationem producuntur, recipiuntur ſolum ad defenſionem, non ad actionem.*
7 *Nouus articulus quotuor modis dici poteſt.*
8 *Articulus nouus dicitur. qui dependet à ueteri.*
9 *Teſtes quo pacto petantur in iudicijs iterato recipi.*
10 *Atteſtationibus publicatis, an poßint in cauſa criminali teſtes induci.*
11 *Reo audiente ſi teſtes actoris deponant, uel econtra, quid iuris.*
12 *Teſtibus publicatis, ſi perdantur atteſtationes, poſſunt ipſi iterum produci.*

¶De atteſtationum publicatione.

8.§.Satis utiliter & compendioſe docuimus qualiter ſint
teſtes examinādi:nunc autem dicamus qualiter
a examinati ſint publicandi.[a] Et quidē teſtibus productis examina
tis partes debent renunciare teſtium productioni. Caute tamen,
ut j.§ fin.quo facto poſtulent atteſtationes publicari, uel ſaltem
1 pars producens:& hoc redigatur in actis.†¶Iudex igitur uolens
atteſtationes publicare,uocabit partes:quia eis non uocatis, non
debet aperire,uel publicare,extr.de re iud.c. cū I.& A.ff.de min.
in cāæ §.j.ff.ad le.Iul.de adul ſi poſtulauerit.§.de quæſt. maxime
ea ↄ̄ q̄ ſunt ꝑducti:q̄ forte,imo ſine forte,in aperitione uolet ali
quid ꝓteſtari:ut extr.de teſti præſentiū.& j.§.prox.in prin.Eis er
go præſentibus,uel per cōtumaciā abſentibus,quia forte tūc ha
bentur pro præſentibus:ut extra,de teſti.in nomine.& C.de iud.
properandū.cum authen.extra,de do & contu.ueritatis.in fi.&
de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.cum qui.præcipiat notario, ꝙ
legat coram ſe,& coram partibus publice in iudicio dicta teſtiū
b in tali cauſa receptorum,uel ipſemet legat[b].Et ſi ſunt multæ at-
c teſta.uel ꝓlixę,ſufficit unā ꝓ omnib.legere[c],quo facto,dicat iu-
dex:Hæ ſunt tales atteſtationes,habeatis eas pro publicatis, uel
2 eas publico.& hoc totū redigatur in actis.†¶ Publicatio autem
ſcribetur ſic:

FORMA. Lectæ & publicatæ ſunt hæ atteſtationes corā tali
iudice,utraq; parte præſente,& teſtium productioni renuncian-
te.Hoc autē uerum eſt,niſi aliqua partium aliquid rationabile ꝓ
poſuerit,quare non debeant publicari:puta quia nō fuit facta le-
gitime remiſſio ab his,quib.commiſſa fuit teſtiū examinatio,uel
huiuſmodi.Hoc autē no.quod poſtquam renunciatum eſt teſti
um productioni,uel concluſum in cauſa,nō poſſunt alij teſtes in
duci:quod dic,ut j.§.fi.Item non ſunt teſtes inducēdi poſtquam
ſufficiens productio facta eſt:ut ſ.eo.§.qualiter autem.uer.quar
3 ta.& ſeq.nec poſtquā dilatio lapſa eſt:ut in eo.§.†¶ Nec etiā at-
teſtationibus publicatis ſuper eiſdē articulis ſunt teſtes producē
di regulariter:ut e.ti.intimauit.& c.fraternitatis.hoc fallit in caſi
bus.¶Primus,ſi inter alias perſonas agatur:ut extra.c.cōſtitutus.&
ca.præſentata.Quid ſi à ſententia lata inter me & te,tertia perſona
appellat,uel contradicit executioni:ut ext.de re iudi.cum ſuper.
nūquid poſt illā teſtes in cauſa appellatiōis ſu ꝑ antiquis articu-
lis producere poterit? Argu. ꝙ ſic,extra,eod c ueniens.2.extr.de
præben.dilecto.in fi.extr.de fide inſtru.§.inſtrumentum quoque.
d & in præd.capit.cum ſuper[d]. Vin.dicit[e] quod non, niſi præſens
e fuit in priori iudicio,& tacuit:nec ſibi negata fuit licentia de ſuo
iure docendi.ff.de re iudic.ſæpe.extr.eod.quāuis.ſecus ſi ignora-
uit cauſam ad ſe ſpectātem agi.arg.ff.de accuſ.ſi cui.§.iiſdē.ext.
de accuſat.de his.¶Secūdus,ſi ſit diuerſus modus agendi:ut ext.
eo.c.ueniens 2.& c.cū,in tua.¶ Tertius,ſi ſit nouus articulus di-
uerſus pēdens ex ueteri,eo.tit fraternitatis.Qđ dic ut no.eo.ti.tā
literis.ſecundum papā Quartus ſi primæ atteſtationes ſunt amiſ-
ſæ:ut infra uerſic.ſed quid.¶Quintus,ſi mutatur iudicium, & id
uelit

ADDITIONES.

a Publicandi. ¶ Tanc.fecit rubricam de teſtium publicatione & reprobatio
ne, cuius verba multum ampliat auctor,& ſecundum eam proſequitur in-
fra §.2.
b Ipſemet legat.¶ De facto ſeruatur, ꝙ legitur aliquid de vna atteſtatione in
principio,& de vna in proceſſu, & de vna in fine:ine hoc tñ ſatis eſt iudice
pronunciare illas pro publicatis haberi: & tunc non dicentur lectæ,&c. ſed
dicetur, ꝙ iudex pronunciauit partibus præſentibus atteſtationes pro aper
tis.& publicatis haberi,& decreuit ipſarum copiam partibus fieri.
c Omnibus legere. ¶ Et dicebat Aegid.ſic ſeruari Bononiæ.
d Cum ſuper.¶ Vide quod ibi dixi poſt Inn.in gl.magna ante medium. uer.
& ſi publicatæ.
e Vincen.dicit. ¶ In præ.c.ueniens.

velit is contra quem producantur.ext.eodem præſentata C eo.
l.fi.¶Sextus,ſi obſcure & confuſè depoſuerunt,eod tit.cum cla
a mor.[a] † ¶ Quid ergo,ſi peto poſt publicationem teſtem interro-
4 gari? Reſpondeo, videtur fieri debere.ff.de quæſtio.repet.ar.con
trà.ff e.produci.Dic de iure non debere fieri parte præſente,ſed
de conſuetudine,& etiam ad poſtulationem iudicis . ſic, & tunc
b non vt addat, ſed vt ẽt dictorum rõnem dicat, ſm Albe. Gal.[b]
De hoc no.in auth.eo §.quia verò multi ſępe teſtes & §.nunc vi
5 dendum.† ¶ Sed nunquid ante publicationem poſſunt ijdem te
ſtes ſæpe induci? Argum.quod ſic ext.eod. conſtitutus.2.in fi &
c cum cauſam. Arguitur tamen quod ſit in optione rei,an velit
eundem teſtem denuo recipi,an ex prædictis atteſtationibus pro
cedi.eo.tit.pręſentata.C.eo.l.fi.§ ſi autem . Et hoc puto, vt nun-
quam idem teſtis denuò poſſit,niſi ex cauſa induci:vt ſi fortè pri
mò non fuit de omnib. recordatus:in auth.eo.§ quoniam verò
multi.colla.7.ff. de quæſtio.l.repeti.uel ſi non fuit plenè examina
tus: vt in præ.c.cum clamor. & c. per tuas.aliàs tanquam ſuſpe-
ctus repellitur.4.quæſtione.3.ſi teſtes §.produci. ¶ Septimus, ſi
teſtis ſynodalis depoſuit coram capitulo , deponat iterum corã
delegato.ext.de teſt.cog præterea.¶Octauus,ſi examinator ne-
glexerit interrogare ſuper aliquib. articulis ſibi datis:ut s̃.§. nũc
videndum.in fi.¶Nonus in cauſa matrimoniali ſecundum quoſ
dam indiſtinctè.eo.tit.ſeries.& j̃.uer.in cauſa. ¶ Decimus,ſi de-
tur in integrum reſtitutio,vt iterum producantur . De quo dic,
vt j̃.de reſtitu.in integ.§.vlt.verſi quid ſi in cauſa.¶Xj.in abſen-
tia probanda.ext.de teſti.ex tenore.in fin.¶Xij in cauſa appella
tionis.ext.de fide inſtrumento cum Ioannes.& not.C de excep.
exceptionem in auth.ibi poſita.¶Xiij.in crimine falſi ext de te-
ſti.ſicut.& de proba.licet.& j̃.§ proxi. ¶ Xiiij in adiectione pro
valore.& deceptione.ext de teſt.cum cauſam. ¶ Xv. ſi nondum
didicit quis teſtificata , quamuis fuerint publicata : vt iam dicã.
¶Xvj. ſecundum quoſdam,ſi iudex indiſcretè publicauit: & ſic
intellige extr.eo.ſeries.quia hoc debet volenti producere,præiu-
6 dicare.†¶Xvij.ſi teſtes ſunt recepti ad æternam rei memoriam,
& publicati ſecundum formam traditam,extr.de teſti.ſignifica-
uit.Nam tunc ſolum recipiuntur ad defenſionem , & non ad a-
ctionem : vt no.ibi.& ſecundum Papam eo.ti. Albericus.Et pro
batur iſte caſus eo.tit.veniens.2 prope fin. maximè ſi nullus fuit
tũc vocatus ad uidẽdũ iurare teſtes,nec aliqua ſolennitas adhibi-
ta:vt in præd.ca.ſignificauit.& eod.tit.in nomine.& ſic obtinuit.
Aliqui dixerunt eſſe tunc in optione eius contra quem produ-
cti ſunt, an uelit primis atteſtationibus ſtare an uelit teſtes ubi
viuunt,iterum examinari:ut eodẽm titulo, præſentata.& cap.ve-
niens.ſecundo.& C.eodem.l.fin.Quod non placet:quia ad aliud
tunc fuerunt inducti, & nunc ad aliud:vt præmiſſi.extra eo cum
cauſam,quæ.& extra iudicium:& forte inter alias perſonas:ut in
prædict.cap. ueniens. extr. de fide inſtru.inter. §.inſtrumentum
quoque.& s̃.dixi.Arg. tamen contra prędicta.s̃.§ nunc tracte-
mus.prope finem:ibi ſed certe hoc.De publicatione autem, quæ
fit ad æternam rei memoriam not.j̃.de edit.inſtrum. §. oſtenſo.
verſicu.quoniam.& ſeq.& §. ut autem.verſicul.ſine ſcriptura.
¶Xviij.ſi princeps id expreſſe per reſcriptum ſuum concedit:vt
j̃.de in integ.reſtitu.§.ulti.verſi.quid ſi in cauſa.¶ Xix.quia pub-
licatis teſtib.poſſunt teſtes reprobatorios producere, in authen.
eod.tit.§.ſi uero.j̃.§.proximo.¶ Xx.in cauſa inquiſitionis.Sic,in-
telligunt quidam extra eod.cum clamor.Dic ut ibi not ſecundũ
c papam.[c] De hoc j̃.de inquiſition.§.nunc tractemus uerſi ſed nũ-
quid.¶ Xxi.quia publicatis atteſtationibus,poteſt exceptio pem
ptoria proponi & probari:ut ſupra.§.qualiter autem. verſic.ſed
7 opponitur.† ¶ Illud autem notandum eſt , quod quatuor mo-
dis poteſt dici nouus articulus.¶ Primò,ſi in cauſa principali pe-
tii a te equum: in cauſa vero appellationis peto bouem,& ſuper
hoc volo teſtes producere;& tunc non ſum audiendus: quia hic
articulus eſt penitus alienus,& ſeparatus à primo:ut nota. in p̃di.
ca.cum Ioannes.& extr.de teſtib.cap.fraternitatis.¶ Secundo,ſi
quis ſuper re litigioſa priuilegium impetrat , ſuper quo ſimiliter
nullus auditur,quia non ualet priuilegium tale:ut eodem titulo,
cauſam quę.& extra, vt lite penden cap.fin.¶ Tertio, vt ſi egi cõ
tra te,qui ſuccediſti arbores mea,ex l.12.tab.de arboribus ſucci-
ſis,ſiue ex lege Aquilia:& poſt in cauſa appellationis velim agere
interdicto,quod ui aut clam:nouus eſt articulus: quia ab eodem
dependet.ff.de iureiu duobus.§.colonus. Vel ſi primo egi locati,
& pro arboribus inciſis,propono arborum furtim cæſarum.ff.lo
cati.l.ſi merces. Vel ſi egi primo furti pro rapina,in cauſa appel-
lationis poſſum proponere vi bonorum raptorum,quia eſt ꝯiun
cta.primæ. ff.vi bono.rapto.l.j.in princ.14.quæſtion. 5. pœnale.
Sed hoc,quod in prædict decre.dicitur,non habet hic locum,ſci
licet ,quod teſtes noui vel antiqui recipiantur:quia poſtquam ac
tum fuit vna uia,altera excluditur:vt ff.de tribut. quod in hære-
dem.§.eligere.Quod dic,vt j̃.in titu.de ac.ſeu pe.§.j.verſ. ſi uero
plures.¶ Quarto dicitur nouus articulus,id eſt,de nouo propoſi
tus:prius tamen competebat,ſed oritur ex ueteribus:& de tali lo
quitur prædict.cap.fraternitatis.Ille autem articulus quandoque
proponitur a reo,& quandoque ab actore. A reo proponitur in
cauſa appellationis. Verbi gratia,agis contra me ut tradam quod
tibi uendidi:excipio quod non teneor, quia de precio non ſatiſ-
feciſti:condemnor:appello:in cauſa appellationis occurrit arti-
culus vetus,hic ſcilicet non tradere:aſſero tamen quoddam no-
uum,ſ.quod non pure,ſed non conditionaliter vendidi,nec ꝯdi
tio eſt ꝯpleta:ut in prædict.capitul.cum Ioannes circa princi. Vel
ſi uis facere quartam productionem teſtium , iudex non admit-
tet:appellas:ego appellatus propono nouum caſum dependen-
tem ex ueteri,ſ.quod nõ debent teſtes recipi : & quod ideo non
fuit quarta productio admiſſa , vt effrẹnata teſtium multitudo
vitaretur:ut extr.de teſti.ca.ſignificauerunt. Vel ſic: Tutor datus
ſe excuſat,dicens ſe gerere tres tutelas:quare excuſatur à quarta:
condemnatur:appellat in cauſa appellationis ad excuſationem aſ
ſerit nouum,ſcilicet ſe gerere vnam tutelam , ita negotioſam &
diffuſam,ut loco trium habeatur,ff.de excuſa tu.tria.j & 2 & l.ſi
is qui tres.§.eum,qui Vel ſic: Agis contra me,dicens quod in mi
nori ętate mihi prædium vendidiſti ſine decreto : ideoque non
valere.Ego dicebam à maiore factam:demum condemnatus, in
cauſa appellationis dico à te maiore ratam habitam:ut C. ſi ma-
8 ior.fac.ra.ha.l.fin.†¶ Cæterum ab actore proponitur nouus arti
culus dependens ex ueteri:ut verbi gratia , obligaſti mihi Dige-
ſtum pro centum,quæ tibi mutuaui, ſecundo obligaſti illud Ti-
tio:tertio nouaſti mihi obligationem : ego ex illa nouatione pe-
tii illud pignus:opponit ſe ſecundus creditor dicens , quod ſibi
prius fuit obligatum,quam nouatio huiuſmodi facta eſſet,ſuccũ
bo,& appello:in cauſa appellationis propono articulum , qui ta
men prius competierat,dicens quod debeo potior eſſe, quia mi
hi prius pignus fuerat obligatum:& ſuper hoc poſſum nouos te-
d ſtes [d] producere,uel antiquos:ſecundum pręalleg.decre frater-
nitatis.Hæc probantur ff.qui po. in pig.hab.l. 3.in princ. Vel ſic,
Agebam contra te,& tu condemnaris:iudex tamen omittit cõ-
demnationem expenſarum,quia illas non petiit:appellas a ſentẽ
tia:in cauſa appellationis peto expenſas : ecce nouus articulus , q
primo competebat dependens ex prioribus. C.quando prouo.
non eſt ne.l.fi Vel ſic.Aliqua eccleſia petit decimas a templariis,
qui opponunt priuilegium de non dandis decimis : eccleſia ſuc-
cumbit:& in cauſa appellationis proponit,quod priuilegium nõ
obſtat,quia tanto tempore decimas perceperit , quod iam con-
tra priuilegium eſt præſcriptum:& ſuper hoc nouo articulo pro
bando,quod prius competebat,& depẽdebat etiam ex antiquis:
teſtes admittuntur in cauſa appellationis extra.de priui.accedẽ
9 tibus. † ¶ Et breuiter nota quod cum teſtes petuntur recipi ite-
rato:aut hoc petitur in cauſa appellationis ,aut in cauſa principa
li.Si in cauſa appellationis,aut eſt renunciatum teſtibus in princi
pali,vel atteſtationes publicatæ,quæ paria ſunt:vt extr.eod.cum
veniſſent.§ quæſtiones.aut non Si eſt renunciatum vel ſunt pu-
blicatæ,tunc ſuper nouis duntaxat articulis dependẽtibus ex pri
orib.poſſunt noui & antiqui produci,dommodo deponãt iura-
ti:ut in præ.cap.fraternitatis.De hoc in auth.eo.ti.§.quia uer.ſæ-
pe.Si uero eſt renunciatũ,nec atteſtationes ſunt publicatæ:tunc
poſſunt admitti in cauſa appellationis,tam ſuper nouo articulo,
quam ſuper principali:ut in eod.cap.ad fi.à contrario ſenſu.Si au
tem hoc petitur in cã principali: aut agitur ſuper vna re, aut ſu-
per pluribus:ſi ſuper una,& eſt renunciatum,uel atteſtationes pu
blicatæ,nequeunt vlterius produci.quod uerum eſt, niſi in caſi-
bus poſitis,uerſ.nec etiam.Si uero ſuper pluribus;ſi ſit ſuper vna
renunciatum , nihilominus recipientur in alia, &illi, & alii:vt in
præ c.cum ueniſſent.in fi Quod autem dixi,quod publicatis at-
teſtationib.teſtes non recipiantur de nouo: intellige ſi iam teſti
ficata partes didicerunt:ut eo.tit.veniens.2. §. pars autẽ.ſiue quis
didicerit dicta ſuorum,ſiue aduerſarij:ut not.in authen.eo §. qa
e vero.in gl.una, &c.& ſecundum papam ext.[e] eod.vltra. Quid ſi
publicatæ ſunt atteſtationes, nondum tamen altera pars teſtifi-
cata didicit?Dic quod adhuc poteſt producere,niſi renunciaue-
rit teſtium productioni:licet etiã altera pars didicerit. in auth.e.
§.quia uero multi.argu.in præd.§ pars autem.& c. conſtitutis. 2.
vbi

## ADDITIONES.

a Clamor. ¶ Adde tu, an teſtis declarando dictum ſuum debeat hoc facere cum nouo iuramento. Item an hoc debeat fieri vocatis , ſeu citatis partibus:uide Bald.in l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſtamen.

b Alber. Gal.¶ eo.tit.uerſ.ſed pone volo.& Aegi.eo.lib.

c Secundum Papam. ¶ Et ibi ſatis ſcripſi poſt eum, & Hoſtien. in gloſſ. apud iudicem.

d Nouos teſtes. ¶ Adde an poſt publicationem potero probare de prioritate temporis:puta meã donationem alteram pręceſsiſſe.Bar.in l.j. circa fin. verſi.quæro.C de iure fiſ.lib.10.dicit quod ſic,niſi prius fuiſſet articulatum de tempore.

e Secundum papam.¶ et Hoſtien.

a vbi de hoc. [a] Audiui tamen dominum Clementem in relatione
cuiuſdam negotij contrarium aſſerentem.arg.ext.eo ti. cauſam
quæ.c cum veniſſet.quia ſufficit ita ſcriptum eſſe.ff qui & à qui-
bus ma.li non fin proſpexit.6.q.3.ſcriptum eſt. Et idem videtur
ſentire dominus meus in Summa eod.ti. § & vtrum. verſi. dicas
igitur. Prius tamen dictum verius videtur:quia tunc ceſſat cauſa
10 prohibitionis. Ad hoc j §.fi.ver.quid ſi renuncians.† ¶ In cauſa
autem matrimoniali diſputant doctores, an publicatis atteſta-
tionibus poſſint teſtes induci:vt no.4.q 3.d §.ſi teſt b.ext.eod.tit.
ſeries.& c ex tenore.& de probatio.;iurauit Et ſeruamus,ꝙ ſu p
eiſdem capitulis non admittantur:in aliis autem cauſis ſuper no-
uis capitulis pendentibus ex veteribus, poſſunt: ſed non ſuper
eiſdem,vt eo.tit.fraternitatis. vbi de hoc.& c.cauſam quæ.& hoc
tam in eodem iudicio,quam ēt in cauſa app vt ibi.& C.de temp.
b app.per hanc q̄ proſequere plenius in præ.concor.[b] † ¶ Quid ſi
11 reo audiente teſtes actoris,vel econtrà deponunt?quod fieri po
teſt ſecundum quoſdam: vt §. nunc tractandum. in principio.
c nunquid reus poterit adhuc producere teſtes?dixit Baga.[c] quod
ſic,argumen.in authen.de teſtibus.§.quia verò argumē. contrà,
ext.eodem fraternitatis.& capit.vltim.& capitu.veniens.2.& in
præ §.quia verò.Hoc vltimum tenet Io.vt no.2. quæſt. 1. in pri-
12 mis.† ¶ Sed quid ſi teſtibus [d] publicatis perduntur atteſtatio-
d nes?Dicunt quidam hoc caſu iterum poſſe teſtes produci:vt ext.
de probatio.c.fi. Alij dicunt,quod aut perduntur apud iudicem,
vel notarium,vel aliam publicam perſonam: & tunc ipſe reſar-
ciet totum damnum cauſæ & punietur.C.de app.ne cauſas.C.de
teſti ſi quando. Aut apud eum,contra quem producunt:& tunc
ille reſarciet expenſas,& iterum publicantur.ff.de inoff. teſt. ni-
hil §.fi.& ff. ſi omiſſ.cauſa te. quid autem.§.non ſimpliciter. aut
apud eum per quem producuntur,& tunc ille ſibi imputet:quia
reus abſoluetur:nec ipſe amplius teſtes producet. Alioquin da-
retur ei occaſio negandi & dicendi ſe perdidiſſe,ut iterum alios
poſſet inducere ſubornatos,quod eſſe non debet.ff.de iureiurā.
ait prætor.§.1.ff.de edendo.l.1.§.editiones.ext.de teſti. conſtitu-
tus.vbi dicitur,quòd ſi archidiaconus habuit teſtes apud ſe, ſit il
lis contentus. Si tamen probauerit ſe acta iudicii caſu ſine culpa
perdidiſſe,ei ſuccurritur.ff.de edendo.ſi quis ex argentariis.§.fi.
& l.fi.ext.de priuil cum olim.1. Videtur tamen,quòd in primo
caſu,ſ.cum per iudicem perduntur,ꝙ poſſit iterum producere,
quia periculoſum eſt litigare cum iudice, & difficile probare in-
tereſſe:vel ꝙ ſaltem reſtituatur ex generali clauſula, ſi qua iuſta
cauſa,& c.vel aliqua ſpeciali. Sed ſi teſtes mortui ſunt, & tunc iu-
dex ſoluat intereſſe?Sed quomodo probabitur damnum ſeu in-
tereſſe?Reſpon. ſacramento producentis.ff.quod vi aut clam.
l.ſemper.§.hoc interdicto.C unde ni. ſi quando.ext. quod met.
cau.c.fi.& no.ext.de foro compet.dilecti.& j de fruct.& intereſ
§.ſequitur.& j.de editio.inſtr.§. reſtat.uer. illud quoque.

## ADDITIONES.

a Vbi de hoc. ¶ Vltima gl.& ſuper ea dixi,& remisſiones dedi ad decret.in-
timauit.& decre.cum veniſſet.eo.ti. ¶ Adde,ꝙ dicta Io.And.in d.c. conſti
tutus.ſequitur Pet.de Anch.conſi.224.incipiente, Ad euidentiam præmit
to.Dixit autem Ioan.And. ibi contra,ꝙ quando publicatio eſt facta parte
inſcia, vel inuita,non ſufficit quin ſuper eiſdem capitulis posſint produci
teſtes de nouo:alias ſecus.
b In præd.concordan. ¶ Tene quod dixi in decre.ſeries. & in decre. cum in
tua.ſuper vlt.gl.
c Dixit Bagarot. ¶ Suo tractatu:charta penult.tractat. de renunciatione
tacita.
d Si teſtibus. ¶ Verſi.iſte:vſque ad fi.§.fuit Vber.de Bob.vbi de teſtibus tra
ctat in fi.de quo etiam Ioan.de Deo in cauil.lib.5.eod.tract.in fi.ſed Vber.
plenius.

## SVMMARIVM.

1 *Atteſtationibus publicatis rubricæ ſunt faciendæ.*
2 *Terminus reo ad actoris teſtes repellendos dandus,debet eſſe competēs,*
*& ſufficiens ad deliberandum,inſpecta qualitate ſcripturæ.*
3 *Modus Romanæ curiæ pro lege ſeruari debet,quo ad dilationes temporū.*
4 *Iudex ſi in aliquo hæſitet dabit partibus terminum ad faciendas rubricas.*
5 *Diuerſorum generum articulos in rubricis connectere non expedit.*
6 *Rubricæ de ſtatuto iudicis ſcriptæ ipſi iudici in termino ad hoc ſtatuto dari*
*debent.*
7 *Verba in articulo contenta probari poſſunt,ipſo articulo non probato.*

### ¶ De rubricis.

1 9.§.Publicatis autem †atteſtationib.rubricæ ſunt fa
ciēdæ.quod fiet hoc modo:Nam iu-
dex aſſignabit terminum partibus,intra quem atteſtationum co
piam recipiant.quod facere tenetur,ext. de proba.quoniam con
tra.C.ut lite pend.l.2.C.de re iud.geſta etiam in cauſa inquiſitio
nis:ut ext.ve accu.olim.§.ſi uero.& capi.qualiter.2.§.debet.ff.de
eden.l 1. ut ſuper eis diſputetur ſeu allegetur. Originalia autem
remaneant penes iudicem,uel notarium, ne poſſit fabricari fal-
ſum.ext de prob.c.fi.& c.quoniam.& ff.de tab.exhi.l.fi.Sic enim
dēt fieri de qualibet ſcriptura in iudicio exhibita,ut ibi. Quid ſi
tabellio dicit,uolo ꝙ originalia acta penes me ſint:ut in d.c.qm̄.
iudex uero dicit,imò apud me erunt:in prædicto c.fi Dicūt qui-
dam tabellionem præferēdum: cui poſſit imminere periculum,
1 ſi de ſuo officio dubitaretur. [a] Quid ſi dicat teſtis producēs, Ego
uolo habere originalem ſcripturam: quia nolo duplici damno,
ſeu honore affici.ff.ad leg. Rho.de iact.l.nauis.§.cum autem. Re-
ſpon.ſuper hoc ꝯſuetudo ſeruetur. Prius tamen de iure obtinet,
ut tabellio ſeruet,uel iudex.Et ſic curia ſeruat.|De hoc j.de edic.
inſtrumento.§. nunc dicamus.uer.& ſcias. Habita igitur copia,
iudex iterum dabit alium terminū reo, intra quem teſtes actoris
repellat,ſi poteſt:& econtrà.poſt quem non audientur:ut extra,
de probat.licet.Reus autem acceptis induciis deliberet,an poſſit
quicquam opponere contra perſonas,uel dicta teſtium:ut extra
ut lite non conteſt. quoniam. iuxta prin & adueniente termino
2 excipiat coram iudice ut dicam j.§ proximo.† ¶ Terminus autē
prædictus debet eſſe ꝯpetens,ut poſſit deliberare,inſpecta quali
b tate ſcripturæ. j.de dilatio.§.uidendum.uer.ubi autem.Deinde[b]
ad requiſitionem partium dabit iudex alium terminum ad diſpu
tandum ſuper dictis teſtium, intra quem aduocatus cuiuſlibet
3 partis,† ſ'm modum laudabilem curiæ Romanæ,qui pro lege,ſal
tē quo ad hoc, ſeruari debet:ut ff.de legi. l. ſi de interpretatione.
& 1.diſtinct.mos autem.11.diſt.cap.2. & cap.fi.& Inſt. de ſatiſd.
§.fi.extrà,de re iu.in cauſis.faciet ſuper dictis teſtium ſuas rubri
cas,vt tam ipſi,quam iudices,facilius ad indaginem perueniant
veritatis: ad qd̄ hac uia ꝑuenietur. Habita enim atteſtationum
copia,vtriuſq; partis cauſidicus videat diligenter ſuorum depoſi
tiones teſtium,& aduertat,an intentio,uel exceptio ſit plene ꝓ-
bata,ſeu articulus datus uel ſemiplene:deinde aduocatus, qui te
ſtes induxit,ſignet per crucem,uel per literam, uel aliud ſignum
in margine factum quemlibet articulum per ſuos teſtes proba-
tum,& concordantias teſtium:ita videlicet,quod ſuper articulo
ponat crucem,vel literam,uel ſimile ſignum, uel literam ponat
in omnibus locis atteſtationum, quæ faciunt ad probationē uel
concordantiam illius articuli. Quòd ſi plures,& diuerſi ſint arti-
culi,diuerſificet etiam ſigna ſua:vt per ſingulorum diuerſitatem
appareat,qui articuli ſunt probati:& in quib.teſtes concordant.
Et ſtudeat eos concordare,ſi poterit:vt j.in tit. de diſput.& alle.
aduo.§.nunc videndum. Econtrà quoque aduocatus, contra
quem teſtes producuntur, ſtudeat diſcordantias & contrarieta-
tes teſtium per eadem ſigna,vel ſimilia denotare:vt tempore di-
ſputationis,& cum opus fuerit, habeat eas in promptu. argum.
ad ꝓmiſſa:ext.de prob.licet.& de ſimo.per tuas.& vt ſic teſtes va
leat clarius impugnare:vt j.de diſput.§ poſt hoc. Sed & vterque
aduocatus genera articulorum diligenter notet, & diſtinguat,
vt ea facilius & promptius valeat reperire,faciendo ſuper primo
articulo primi generis.in prin.§.& ſcribendo in margine A.Item
ſuper primo articulo ſecundi generis in princip. faciendo.§.&
ſcribendo in margine B. & ſic de alijs. Adueniente igitur termi-
no,diſputent ſuper dictis teſtium: & producens teſtes, eos ſtu-
deat concordare, vt dixi. Is autem, contra quem producuntur,
ſtudeat in contrarium, pro vt mos iudiciorum communiter te-
4 net.† ¶ Quòd ſi iudex in aliquo hæſitet, vel ſuper varijs articulis
contentio oriatur,dabit partibus terminum ad faciendum rubri
c cas.& tunc aduocatus eius, qui teſtes produxit, eas faciat: & te-
ſtes in hac forma concordet. Scribet enim in aliqua charta: &
vtatur verbis articuli dati. De quo habes. s.§. nunc videndum.
ver.in primo.dicens ſic,quòd talis ſit epiſcopus Biterrē & quod
communiter habeatur pro epiſcopo ab omnibus habitatoribus
eiuſdem diœceſis:& poſſideat iura epiſcopatus, & adminiſtret,
& agat, & contrahat vt epiſcopus probatur per talem & talem
teſtes in locis,vbi eſt litera talis,vel ſignum tale:& ponatur litera
ipſa vel ſignum,prout erit in articulo,& in dictis teſtium,ſecun
dum s. dicta deſcriprum. Et hæc eſt vna rubrica. Idem quoque
fiat de quolibet alio articulo ſub aliis ſignis.ff.ad l. Aquiliam, ita
vulneratus.& diſtincte ſcibat ipſas rubricas diſtantia competen-
ti. Et nota, quod duos, tres aut plures articulos eiuſdem
generis poteſt coniungere ſub una rubrica, ſi expediat: vt patet
5 in exemplo iam poſito:ut in præ.uer.in primo.† ¶ Diuerſorum
autem generum articulos connectere non expedit. ut 16. quæ-
ſtione.ſeptima.in una.32.quæſtio.5.horrendus. Eodem quoque
modo

## ADDITIONES.

a Dubitaretur. ¶ Vide quod ibi ſcripſi in præ.decr.quoniam.in gl.ergo ſi iu-
dex.ſuper ver.apud ſcriptores.
b Deinde. ¶ Verba Bonagui.deinceps.
c Rubricas. ¶ Secundum Aegid.c.59.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modo rei aduocatus diſcordantias & contrarietates earum per
rubricas notabit. Dicit enim ſic talis teſtis & talis: ita dicit, uel di
cunt in locis illis, ubi eſt tale ſignum, uel litera talis: & ponat ſi-
gnum uel literam, qualem poſuerat in atteſtationibus, ut ſ. dictū
eſt: & idem teſtis uel idem teſtes in eadem ſerie ſibi contradicit,
vel contradicunt ſibi, vbi eſt aliud tale ſignum, vel litera talis: &
ponat ipſum ſingnum vel literam. Item talis eſt in dicto ſuo ſin-
gularis: & ſic faciat de aliis diſcordantiis, & contrarietatibus. arg.
ad hoc ext. de teſtib. ad hoc alias incipit, præſentium lib. 6. & de
prob. licet. Item talis non reddit cauſam dicti ſui interrogatus.
Item talis nihil dixit de ſcientia, & ſic de aliis. Quod ſi hæc non
proſint, tunc opponat contra dicta teſtium & perſonas. quod
6 dic vt ſ. §. j. & §. nunc tractandum. uerſ. vt autem hęc, & ſeq. †
¶ Hæ autem rubricæ ſcribantur per ſe in aliqua ſchedula, & iudi
ci porrigantur in termino ad hoc ſtatuto. Poſt hoc iudex ipſe dili
genter inſpiciet, an rubricæ actoris ſint probatæ, & an rubricæ
rei contineant veritatem. Quod ſi ipſe uacare nequat tradat eas
aliquibus diſcretis viris ad expenſas partium examinandas: ex
quib. examinationib. plurimi in curia noſtro tempore ſunt dita-
ti. Veruntamen quoniam aduocati partium nunquam aſſerunt
probatum eſſe, quod non eſt, & econuerſo: & ideo laborioſum
eſſet rubricas per eos formatas examinare: ideo quidam iudices
faciunt eas formari per præfatos examinatores deputatos ad
7 hoc. † ¶ Hoc autem diligenter animaduertat iudex ſeu examina-
tor, quia rubrica q̄nq; continet duo, vel plura membra: unde
licet vnum probetur, non ideo ſimpliciter cenſenda eſt eſſe pro
bata, niſi alia probentur: ſic aliàs dici in poſitionibus faciendis
conſueuit extr. de teſti. ad hoc. alias incipit, præſentium ibi: poſi
ta ſigillatim, & c. li. 6. Nunquam etiam contingit, quod licet ver-
ba contenta in articulo, uel rubrica probari videātur: non tamen
articulus probatur, prout ponitur, vel rubrica; ꝙ totum debent
fideliter in ſuis reſponſionib. ſeu diffinitionibus examinatores de
ſignare. Et nota, quod aut probaſti, uel non. quod dic ut j. in tit.
de prob. §. nunc dicendum. & illud iunge hic.

SVMMARIVM.

1 *Forma proteſtationis faciendæ in in iudicio circa teſtium reprobationem.*
2 *Falſitas teſtium quibus probatur.*
3 *Teſtium dicta quomodo poſſint poſt publicationē, per alios teſtes reꝓbari.*
4 *Formæ excipiendi contra teſtes.*
5 *Reus poteſt actoris teſtes per alios reprobare, & econuerſo.*
6 *Teſtem, quem quis inducit pro ſe, tenetur recipere contra ſe.*
7 *Reprobare an poſſit quis teſtes ſuos.*
8 *Teſtes, quos paßus eſt quis ſemel contra ſe induci, an poſtea illos poterit re probare.*
9 *Teſtis reprobatus a iudice in vna cauſa, an in alia poßit induci.*

¶ De teſtium reprobatione.

10. §. Sæpe. teſtes non legitimi de facto recipiuntur: ideo-
que videndum eſt, qualiter recepti reproben
tur. Super quo eſt ſciendum, quod ante teſtium publicationem,
& poſt tam dicta, quam perſonę teſtium poſſunt per alios teſtes
legitimos reprobari, dummodo id ante ſententiam fiat: vt ext. e.
ad hoc. alias incipit, præſentium. lib. 6. & c. ſeries. de excep. ca. i. de
prob. licet. Hac tamen diſtinctione ſeruata: ut qui poſt publicatas.
atteſtationes perſonas voluerit reprobare, ſine diſtinctione au-
diri debet, ſi hoc ante publicationem proteſtatus fuerit: quæ pro
teſtatio fiet hoc modo.
2 FORMA. Ego P. proteſtor, quod mihi ſaluum ſit obiicere ꝯ
perſonas & dicta teſtium producendorum ꝯtra me, ex parte.
D. in cauſa, quam ſecum habeo coram tali iudice, & ante aper-
turam & poſt: & mihi expreſſe reſeruo. Alias autem audiri non
debet, niſi iuret quod ad hoc ex malitia non procedit: uel ꝙ poſt
publicationem dicit id, quod nunc eis obiicit: ut extr. de teſtib.
a præſentium [a] Et ſi ſic admiſſus probauerit teſtes, quos reproba-
re intendit ſeruos eſſe, uel infames, criminoſos, vel famoſos, vel
corruptos, uel alio modo illegitimos, ut dixi in § j. ſ. pro non re-
ceptis habentur: nec dicto eorum fides adhibetur: ut extra, de te-
ſtib. ſuper eo. & cap. ex parte. de exce. c. 1. de ord. cog. c. 2. in fi. quę
proſequere plenius, ut ſ. §. j. verſi. item quod is, pro quo aliquid.
Quidam autem dicunt indiſtincte, quod ſi uolo probare tuos te-
ſtes eſſe famoſos, poſſunt hoc etiam publicatis atteſtationibus.
arg. in præ. c. ſeries. & c. licet. extr. e. c. cauſam. C. ſi ex fal. inſtr. per
totū. Alii dicunt quod vbi agitur ad reſciſſionem prioris ſenten-
tiæ: nunquam poſt publicationem debent principaliter admitti
probationes contra dicta priorum teſtium: ut no. Vin. in præ. c.
2 cauſam quæ † ¶ Sed qualiter probatur falſitas, no. Vinc. in præd.
b cap. ſeries quod per dicta aliorum producendorum, [b] & per in-
ſtrumenta. ext. de fi. inſtr. c. cum dilectus. alias non, niſi indirectè.
vt extr. eod. ex tenore. & C. de contrahē. ſtip. optimam. & ſic in-
telligitur C. ſi ex fal. inſtrumen. per totum. & C. de tem. appel. per
hanc. Sed nunquid poſſunt dicere contra teſtes inſcriptos in in-
ſtrumento: ſicut & contra productos? Reſpondeo, ſic, ſi enim
condemnatus de adulterio inſcribitur in inſtrumento, nō ualet.
ff. de teſti. ſcio. contra. Nam ſufficit tempore inſcriptionis teſtes
fuiſſe bonę opinionis. C. de teſta. l. j. & ſ. §. j. uer. quod ſi teſtis erat.
3 † ¶ Porro dicta teſtiū reꝓbari poſſunt per alios teſtes poſt publi
cationem, hoc modo: Dixerunt teſtes Titium contraxiſſe cum
Bertha in ciuitate Bonon. in Calendis Ianuarii. nuper tranſactis:
ſi probatum fuerit per teſtes omni exceptione maiores ipſum
T. eodem die fuiſſe Pariſiis in Francia: non adhibetur fides dicto
priorum. extra. eod. ex tenore. & c. ſeries. C. de contrahend. ſtip.
l. optimam. Et is eſt quidam modus probandi negatiuam: conſu-
lò tamen, ut ſi potes potius dicta quam perſonas impugnes. arg.
extra de accuſa. licet. in fine. Si uero uides quod dicta ualeant,
tunc obiicias in perſonas: vtrumque etenim licet, ſcilicet proba-
re, & repellere. quarta. quęſtione tertia. cap. ſi teſtes. §. item ſi quis
teſtibus. & dixi ſupra §. iam de interrogatoriis. verſ. fiunt autem.
& §. ſequen. uer. debet quoque. & ver. uiſo. Sed non omnia quæ
licent, quandoque expediunt, nec honeſta ſunt. ff. de regul. iur.
non omnia. vndeſima. queſtione. prima. aliud. Vincen. not. extr.
de excep. capitul. primo. quod in dicta teſtium poſſum dicere
per alia dicta aliorum iam productorum; ſed non per nouos te-
ſtes, ex quo didici teſtificata. in authen. de teſt. §. illud. ſ. §. quali-
ter. uerſi ſed opponitur. Sed per inſtrumentum poſſum bene di-
cere contradicta teſtium: ut extra de fide inſtrumen. cum dile-
ctus. arg. contra. extr. de teſti. ex tenore. ubi per nouos teſtes im-
pugnantur dicta iam publicata. Solue, ut ibi nota. ſecūdum Vin.
Hac

ADDITIONES.

a Præſentium. ¶ An poſt publicationem atteſtationum reprobari poſſent
teſtes uel aliter perſonæ deponentium, ſumus per hoc breuiter expediti.
quod tamen intelligas de illis exceptionibus, quæ remitti poſſunt expreſ-
ſe uel tacite ab eo, contra quem producuntur: ut quia erat producentis fra
ter, conſanguineus, affinis, coniunx, vaſallus, libertus domeſticus, ſocius,
uenditor, criminoſus, uel ei, contra quem producebatur inimicus, conſpira
tor, uel alias ſuſpectus: ſecus in his, quæ remitti non poſſunt: ut quia hæreti
cus excōicatus, paganus, Iudæus. Non obſt. ſ. §. j. uer. ſed nunquid orthodo
xus. ut ibi dixi. furioſus, impubes. & uide j. de exce. § ij. verſic. ſed quæro de
his. Nunc uideamus & tranſeamus ad dicta, & quādo vitiantur: quia ſingu
laria, uel non reddentia cauſam, uel quia cōia de his nihil ad propoſitum:
quia in his & ſimilibus non uenit probatio facti, ſed allegatio, uel oſtenſio
dictorum. Probādū autem uenit, q̄n opponitur: aut de nullitate, aut de falſi
tate directe cū corruptione. aut de falſitate indirecte. Et hæc ēt per teſtes ꝓ-
bari pn̄t. Nullitas eſſet, cū nō iurauerūt uel iurarūt parte nō preſente, nec ci
tata: ut eod. titu. c. ii. uel iurarunt, ſed depoſuerunt ſuper non iuratis, uel in
quarta dilatione data ſine ſolennitate. ſup. eo. §. j. verſ. item quod depoſuit
ſuper. & ſup. uer. eſſet etiam nullitas. vt dixi in §. iam de interrogatoriis. uer.
item quæri debet, q̄n publicatis atteſtationibus opponitur teſtem depoſuiſ
ſe de ſententia in tempore quo nondū natus erat. quod ſupponit impoſſibi-
litatē, ut ibi dixi: & ſic nullitatē licet, & falſitatē. De falſitate & corruptione
patet extr. de probat. licet. ubi ſatis de hoc in gl. 2. Idem de ſola corruptio-
ne, ut ſcripſi ſuper gl. prædicta. & uide ſup. eo. § j. verſi. ſed quid ſi teſti. & ꝙ
ibi dixi. De falſitate directe eſt aduertendum quod raro iſta probatio pro-
cedet, niſi ex culpa iudicis nō facientis fieri debitam ſpecificationem. Exē-
plum in terminis quos dedi in præ. ver. item quæri debet. oppoſuiſti inſtru
mentum, quod produxeram: eſſe falſum, admiſſus ad probandum, probaſti
notarium fuiſſe mortuum tempore confectionis: peroptime admittar ad
probandum directe contrarium, quod tunc uiuebat. ꝙ ſi iudex hanc falſita
tis cām in capitulis exprimi feciſſet ante publicationem, id probari debuiſ
ſet: ut in cle. teſtibus. de teſti. & vide quod ſcripſi eodem tit. fraternitatis. in
5. q. Aliud exemplum eſt: opponebas electo quod erat indignus, ꝙ erat homi-
cida, ſpecificatione non facta: probaſti infamiam, probaſti quod occide-
rat Petrum: peroptime poterit probari directe contrarium poſt aperturā,
ſ. ſe bonæ famæ, uel probando illum Petrū uiuere, uel fuiſſe occiſſum a Ti-
tio abſque eo, quod illum occidiſſet, etiamſi præſens fuiſſet: vt minus ſubin
tremus īdirecte. & hic uenit mā negatiuæ coarctatæ, quæ cadit in intellectū,
de qua, de electione, bonæ. j. Vltimo de falſitate indirecta conſtat illā proba
ri etiam per teſtes poſt aperturam: ut in præ. c. ex tenore. & l. optimā. C. de
contrah. & com. ſtip. & de hoc ſtatim. in uer. porro. & adde quod ibi dicam.
Hic aduerte, ꝙ ſicut non debite ſpecificatus articulus admittit quandoque
probationem directæ falſitatis poſt aperturam, ut nunc dixi: ſic ultra debi-
tum ſpecificatus quandoque poſt aperturam non admittit indirectam, ut
poſt Inno ſcripſi eo. tit. ex tenore. in prin. ¶ Adde quod licet non ſim pro
teſtatus ius mihi eſſe opponendi contra perſonas, & dicta teſtium, tamen
potero opponere, quod eſt inimicus meus, prout voluit Bald. conſilio
ccxvj. lib. 4.
b Producendorū ¶ Debet dicere productorū: ut patet etiā ſ. §. qualiter. uer.
ſed opponitur. & j. uer. 2. in quibus ſunt uerba Vicen. Adde uer. ſed nun-
quid poſſunt. quod ſi teſtis non habilis, & non fide dignus rogatus in in-
ſtrumento admittitur, probat, quia uidetur approbatus, prout uoluit glo.
in l. inuiti. ff. de teſti. & in auth. de teſtib. §. & licet. in fin. in uerbo, ſupplicis.

a [a]Hac igitur via poteſt in perſonas teſtium obijci Præmiſſa enim
proteſtatione ante aperturam, quod vis in perſonas obijcere po
tes vt dictum eſt: & habita copia atteſtationum in termino tibi
à iudice dato ad dicendum contra teſtes: vt ſ. proxime in prin. ſic
poteris excipere contra eos.
4 † ¶ FORMA. [b] excipiendi ↄ̃ teſtes: Coram vobis, domine iu-
b dex, ego talis conſtitutus in modum exceptionis propono con-
tra teſtes per talem contra me inductos in tali cauſa, ꝙ nulla vel
modica eſt eis fides adhibenda: imò ſunt à teſtimonio repellen-
di. Nam omnes & ſinguli ſunt in ſuis teſtimonijs ſingulares. Item
talis teſtis eſt, & erat tempore ſuæ depoſitionis leuis opinionis,
& vitæ ſuſpectæ, & infamis infamia canonica & ciuili. Item, talis
eſt periurus, & in tali cauſa fuit de periurio conuictus. Item talis
eſt, & erat tempore depoſitionis adulter, fornicator, & de adul-
terio condemnatus. Item talis eſt pauper, & ſuſpectus. Item talis
eſt inimicus. Item talis eſt precio corruptus & falſum teſtimoniũ
tulit in hac cauſa dicens me tali die Bononiæ contraxiſſe, cum ea
c dem die Pariſijs eſſem: & ſic de alijs. quæ dic vt ſ. §. 1. [c] Iunge ſi
d vis: [d] Has autem exceptiones alternatiue propono, & eas admit
ti peto: vt j. de exce. §. viſo. ver. porro. nec valet talis appellatio:
appello, ne recipiantur iſti teſtes, quos volo probare criminoſos
niſi ſtatim ſe offerat probaturum: vt ext. de teſti. ex parte A. vbi
de hoc ſecundum papam. Quandoque tamen talia ante depoſi-
tionem obijciuntur: vt in præ. ver. item is, pro quo. Et tunc exci-
piens poteſt adiicere, Et hoc offero me incontinenti probaturũ.
ut ſ. §. 1. ver. item ꝙ eſt ſeruus, ibi: ſed quid ſi dicitur. & ſeq. Hæc
forma proponendi & crimina ſpecificandi, probatur ext. de te-
e ſti ad hoc. aliàs incipit, Præſentium. [e] & ff. eo l. 1. §. adhiberi ext.
de ſimo. licet. & c. per tuas. & eo ipſo ꝙ ſe offert incontinẽti pro-
baturum: dicunt quidam eum admittendum: vt in præ. ver. item
ꝙ eſt ſeruus. Et ſcias ꝙ teſtis quandoque totaliter ſtatim excludi
tur: quãdoque verò id in tempus diſputationis reſeruatur. quod
5 dic vt ibi: & eo §. ad fin. ver. in ſumma. † ¶ Reus verò, contra quẽ
teſtes producuntur, eos poterit reprobare per alios. Item actor
teſtes rei reprobatorios poterit ꝑ teſtes alios reprobare, facta ſi-
mili ſpecificatione criminum contra eos: ut in eadem decr. vltrà
f autem non licet teſtes reprobare: vt extra eo. c. licet dilectus. [f] Ve
runtamen, ſi intra terminum ad reprobandum datum, quis non
reprobauerit, vlterius non audietur. extr. de proba. licet. Imò iu-
dex refrænabit infinitatem. ff. de teſtib l. 1 in fi. ext. de reſcr. cum
in multis. lib. 6. Quod dicut ſ. § nunc tractemus. ver. fin. Et nota,
ꝙ teſtem, quem induco pro me, teneor recipere contra me: niſi
oſtendam inimicitias poſtmodum inter eum & me exortas: ut 4.
q. 3. d. §. item ſi quis teſtibus. ſicut & inſtrumentum pro me indu-
6 ctum. ext. de cenſi. cum olim C. de fi inſtru. auth. ad hæc. † ¶ Sed
quid ſi eum produxi, ſed non ſum eo vſus: nunquid eum pote-
ro repellere, ſi de nouo inducitur contra me? Quod videtur, ar.
in præ. l. ſi quis teſtibus, ibi: uſus fuerit, &c. Ex eo quod dicitur
g vſus. [g] & ar. ff. ad l. Cor. de fal. qui falſam. & C. e. ti de fal. ſi falſos.
& ext. de cri. fal. ad falſariorum. reſpon. 1 & ff. de eden. l. 1. § eden
da. ar. contrà, ext. de cri. fal. dura. & ff. quod quiſq; iur. l. 3. reſpon.
h 1. & de poſtul. l. 1. §. beſtias. Diſtingue, [h] vtrum ideo non fui vſus,
quia nolui: quo caſu potero eum recuſare: an ideo quia non po-
tui, quia nihil pro me dixit: quo caſu non potero recuſare. Si ve-
ro eum non induxi, poſſum reprobare: vt ſ. § 1. verſi. item quod
i is, pro quo aliquid. Quid ſi pro vtraque parte dixit? Dic ut ibi. [i]
7 †, ¶ Sed nunquid teſtes meos poſſim reprobare? Diſtinque: quia
aut id facere volo ex ſuperuenienti cauſa, aut non. De hoc no. in
auth. e. §. qui verò. & plenè ſecundu papam ext. de exceptioni.
k c. cum venerabilis. [k] Quid ſi produxi ↄ̃ te decem teſtes, qui ſibi
contradicunt: nunquid poſſum dicere in dicta quorundam per
alios? Reſpon. ſic: licet vtroſque produxerim Secus in inſtrumẽ-
l tis, quæ ſibi fidem derogant. ext. de fid. inſtru. imputari. [l] Quid ſi
produxi teſtem, & volo probare ꝙ tu eum corrupiſti: nunquid
poſſum eum repellere, cum eum produxerim? Reſpon. ſic, 4 q. 3.
c. ſi teſtes §. item ſi quis teſtibus. Quid ſi produxi teſtem infamẽ
m contra te, [m] at tu nunc in alia cauſa illum producis contra me?
Reſpondeo, non poſſum eum repellere prætextu eorum, quæ
n commiſit priuſquam ego illum produxi: [n] ſed prætextu poſtea
commiſſorum ſic. ext de iureiurand quemadmodum & in prę.
8 §. item ſi quis teſtibus C. de teſta. l prima. † ¶ Sed quid ſi produxi
contra teſtes aliquos, in quorum perſonas po eras obiicere, ſi
uolebas, ſed facere non curaſti: de nouo induco eos contra te in
alia cauſa, vis eos repellere: nunquid potes? Non uidetur quia ſe-
mel paſſus es eos contra te induci, nec aliquid contra eos obieci-
ſti, & ſic eos approbaſti. 32. q. 5. horrendus. ext. de accuſa. nulli.
Dic contrà, ſecundum Iac Bal. C. de pact. ſi actionem. ff. de excu-
o ſa. tu. & tem ea. ſed reprobari [o] † Quid ſi teſtis reprobatus eſt in
9 vna cauſa à iudice: nunquid ego poſſum illum in alia cauſa indu-
cere? Reſpondeo, refert an iudex illum ſimpliciter repudiaue-
rit, dicẽs: Non adhibeo ei fidem: & tunc ego, & quilibet alius po
teſt eo in alia cauſa uti arg. ff. de compenſa. quod in diem. & ff. de
nego. geſt ſi autem § pen. An expreſſe dixit eum falſum, uel infa-
mem: & tunc non poſſim argu 2. quæſt. 3. cap. ſi quem. § notan-
dum ext. de elect ſuper eo. tales enim non admittuntur. ff. eod. l.
3. ſecundum Vbert. Tu dic, quod teſtis obiectu criminis aliàs à
teſtimonio repulſus, ſi ex hoc eius opinio de facto grauata eſt, nõ
admittetur, cum criminaliter agitur in alia cauſa: vt extr. de teſti-
bus. c. teſtimonium. In cauſa verò ciuili, uel etiam cum de crimi
ne ciuiliter agitur: diſtingue, ut iam dictum eſt. tunc enim non re
pelletur in aliis eo ꝙ ſibi probatum eſt crimen, & ob hoc repul-
ſus eſt in alia cauſa: ut ext de or. cog. c. 2. in fi de exce. c. 1. ff de his
qui no. infa. Lucius niſi iudex eum pronunciaſſet falſum & infa-
mem, & ad hoc directe actum fuiſſet. & de hoc dic vt ſ. §. 1. verſ.
item excipitur, quod eſt infamis.

## ADDITIONES.

a Secũdum Vin. ¶ Qui pertinaciter ibi tenuit teſtium dicta poſt publicatio
nem per teſtes reprobari non poſſe, etiam indirectè. Dixit ergo ꝙ ibi mu-
lier incontinenti voluit probare, ſi intellexit, id eſt, ante publicationem: tex
tus ibi ↄ̃dicit, vel ſecundum eum eſt ſpeciale in cauſa matrimoniali. Potiſ-
ſimum motiuum Vin. fuit, quia ſic timetur ſubornatio in probatione indire
cta. Sed ad hoc reſponde per id quod ſcripſi e. ti. fraternitatis. in eo quod ſub-
debat, ꝙ ob eandem cauſam, ſ. ſubornationis timore, non eduntur inſtrumẽ
ta cum die & conſule. de quo vide no. de fid. inſtr. c. G. perpetuus. ad fi. glo.
vlt. Sed tu reſponde, ut ibi no. ꝙ bene illa eduntur, ſi redarguitur de falſo.
Ad prædictam pertinaciam defendendam, inducit ꝙ ſicut ego producens
non poſſum poſtquam teſtificata didici, probare præſentiam: ſic nec tu ab-
ſentiam. Sed primum nego, vt in præalleg. c. ex tenore. no. in vlt. gl. quam et
ipſe poſuit: poſt tamen dicebat etiam non licere reo publicatis atteſtationi
bus, per quas probatum eſt, eum cum agente contraxiſſe, probare per teſtes
prius ſe aliud matrimonium ↄ̃xiſſe. Iſtud etiam nego per decre. de teſtib. eo.
tit. Subdebat, ꝙ ideo ↄ̃ inſtrumentum licet producere teſtes, quia produ-
cens poterit illud iurare per teſtes. Quæ ratio ceſſat in teſti. publicatis: quia
cum iuuari non poſſint, ergo nec impugnari. Et ſi dicatur, ꝙ ſecundum id
non poterit contra teſtes agi de falſo: cuius contrarium patet de probati. li-
cet. Reſponde, ꝙ poterit directe, & tunc variato iudicio licet teſtis damne
tur, non retractetur ſententia. Contra producentem autem agi non poſſet,
niſi probaretur corruptio. eo. ti. ſicut. & in præ. decre. licet. Hæc quia nõ pla
cebant, in decr. ex tenore. non poſui. ad quæ etiam hic ponenda inuitus, vel
quaſi, manum apposui.
b FORMA. ¶ Quam poſuit Bonagui. & Aegid. e. lib. 10.
c §. 1. ¶ Ponebant Aegi. & Bonag. item ꝙ hanc cauſam reputat ſuam pro-
priam & ſpecialem dans eum: tunc repellitur à teſtimonio, ac ſi in propria
cauſa depoſuiſſet. ff. eo. ti. l. nullus. Subdebant ſe has nominaſſe: quia ſæpius
occurrunt. Cauſidici tamen has vel alias proponent, prout ipſorum ſolici-
tudo, & cauſæ natura dictabit. ¶ Adde tu ad id, quod dicit, ac ſi in propria:
quia teſtis ſentiẽs commodum ſiue explicitum, ſiue implicitum. repellitur:
Bal. in l. qui teſtamento. ff. de teſtam.
d Si vis. ¶ Secundum eundem Bonagui.
e Præſentium. ¶ Lib. 6.
f Licet dilectus. ¶ Ibi ſcripſi in gl. vltima an duæ ſolæ reprobationes inſtru-
menti fiant per teſtes. Item an id quod dr ſecundos reprobatorios non poſ
ſe reprobari: non procedit in reprobatione dictorum, ſed ſolum in reproba
tione perſonarum: vt ſcripſi e. tit. c. 2. lib. 6. in glo. no. ſecundum Inno.
g Dicitur vſus. ¶ Sed ꝙ non dicit litera vſus atteſtationib. dicam ꝙ teſtibus
vtitur, qui illos producit. ¶ Adde ꝙ dictum Sp. ſequitur Ale. in d. l. ſi quis
teſtib. in apoſtil. vbi vide aliquas remiſſiones.
h Diſtingue. ¶ Secundum Ia. Bal. hæc diſtinctio non placet Iac. & Pet. vt di-
xi eo. ti. dicendum ſuper 1. gl.
i Dic vt ibi. ¶ Si quis quærebat, an quod dicit lex: ſi quis, habeat locum etiã
in eo, ↄ̃ quem fit productio: cum teſtis aliquid dixit pro eo, quo ipſe vtitur,
remiſſio nil docet in hoc. Ia. Bal. dixit ꝙ ſic. aliàs. l. illud. ff. ad l. Aquil. Alij
diſtinguunt, an ex eo, ꝙ vtatur, habuerit victoriam, alias non habiturus: &
tunc procedit, quod dixi. an vero eam alias habiturus fuiſſet: & tunc repro
bari poſſit. hoc ponit Cy. in l. ſi quis.
k Cum venerabilis. ¶ Ibi vide in nouel. in gl. quaſi dicat. poſt prin. 2. ver. ſed
& hoc notandum.
l Imputari. ¶ Diuerſitatis ratio ibi no. & hoc eo. ti. præſentium. & c. ſeq.
m Contra te. ¶ Videtur accedere opinioni, quam tenet Gui. de Suz. ſup l. ſi
quis. quæ habet, ꝙ licet teſtem ↄ̃ te produxi, ꝑductum à te in alia cauſa re-
probare non poſſum: ſi producatur ab alio, bene poſſum quia quo ad alium
eum non approbaui, & res inter alios acta, &c. C. res inter alios. per totum.
Inn. aperte tenet ↄ̃rium in verſ. ſed & hoc notandum. quẽ allegaui. ſ. uer. 3.
Pro quo facit: quia tex. im perſonaliter loquitur. & bene facit lex, in d. §.
hæc pœna. ff. quod quiſq; iu. Ia. Bald qui tenet idem, allegat ff. de iud. l. 2. §.
ſed & ſi agant. ¶ Dicit tamen Inn. id procedere in cauſa prouenienté a me,
qui produxi: ſecus ſi a te, qui nunc producis: quia tuus filius: vel huic ſimi-
le. ibi vide.
n Produxi. ¶ Etiam ſi illa tunc ignorabam ſecundum Iac. Bal. cum lex exci
piat ſolum ſuperuenientia. Alle. ff. de iud. cum prætor. Sed hoc non placet,
ubi ignorantia fuerit probabilis: cum ſint paria non eſſe, & non apparere.
ff. de ↄ̃hen. emp. in lege. & eſt ſatis expreſſum de elect. nulli. lib. 6. ff. de cõfir.
tu. l. in confirmando. Benefacit. ff. de iud. l. 2. in prin. alias æque dici poſſet, ꝙ
cum lex ſolas inimicitias ſuperuenientes excipiat: propter alias cauſas re-
pelli non poſſum: cuius contrarium ibi notant Acc & Io.
o Reprobari. ¶ Eſt hic ſimile quod ſcripſi de reſcip. dilectus. 2. ſuper uer.
propoſitum. facit C. de excu. tuto. l. uoluntarie. de his qui ſpon. mu. ſube
2. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes plures quam duo, in quibus caſibus requirantur.*
2 *In donatione cauſa mortis requiruntur plures teſtes, quam duo.*
3 *Regula, quòd in teſtamento ſeptem teſtes ſunt neceſſarij, in quibus caſibus fallat.*
4 *Sufficiunt teſtes tres, vbi teſtator dicit, quod non vult ſtare priorem voluntatem.*
5 *Duodecim teſtes requiruntur in purgatione epiſcopi.*
6 *Ventris inſpiciendi gratia tres obſtetrices ſunt vocandæ.*
7 *Vnus ſolus teſtis, quamquam legitimus, nunquam ſufficit ad cauſam terminandam.*
8 *Vnius teſtis dicto in quibus caſibus credatur.*
9 *Sacerdoti dicenti aliquem pœnituiſſe, creditur.*
10 *Executori dicenti ſe denunciaſſe, vel citaſſe, credendum eſt.*
11 *Reuelanti conſpirationem, ſeu inſidias papę factas, creditur; ſic & in crimine læſæ maieſtatis.*
12 *Vni ſoli ſæpe fides adhibetur extra iudicium.*
13 *Iudex nullo ſigno debet ſuam mentem denudare.*
*Ad iudicis officium ſpectat lites abbreuiare.*
14 *Producere ſi quis velit 40. teſtes, iudex verò non vult recipere, niſi decem, vel 20. an poterit appellare.*

¶ De numero teſtium.

11. §. Reſtat de numero teſtium uidere. Et quidem regulare eſt, quòd in qualibet cauſa duo teſtes ſufficiant, niſi expreſſe dicatur in lege, uel canone, plures in aliqua cauſa neceſſarios eſſe: vt 2. quæſt, 3, capitulo primo, & ſequen. & 35. quæſt. 7. cap. fin. & 4. quæſt. 3. ſi quis teſtes. §. vbi numerus. ff. de teſti. vbi. extra eodem. in omni. & c. licet vniuerſis.
1 † ¶ In quibuſdam tamen caſib. plures quàm duo requiruntur.[a]
2 ¶ Primò, vbicunque accuſatur clericus eccleſiæ Romanæ: nam ſi eſt epiſcopus cardinalis, non conuincitur, uel deponitur, niſi 72. teſtibus, ſi eſt presbyter cardinalis, non niſi 44. Si eſt diaconus cardinalis, non niſi 26. Si eſt ſubdiaconus, uel acolythus, & ceteri non, niſi ſeptem: vt 2. quæſtio. 4 preſul. & capitul. nullam. Gratianus tamen illud videtur intelligere de perſonis ſuſpectis: vt ea. q. cap. fi. ¶ Item cum quis vult probare ſolutionem debiti in ſcriptis contenti, quinque ſunt neceſſarii. C. de teſtibus, teſtium. ¶ Item in probatione confeſſionis factæ ſolutionis, quinque ſaltem non rogati ſunt neceſſarii: quia duo rogati ſufficerent; vt C. eod. titu. auth. rogati. dic vt ibi no. ¶ Item in contractu, qui excedit libram auri, ſi fit in ciuitate, quinque: vt C. ſi certum pet. authen. ſed nouo. & l. final. in authent. de fide inſtrumentorum. §. oportet. 2. ¶ Item in codicillis, quinque ſunt neceſſarij. C. de
2 codici. l. fin. in fine. † ¶ Item in donatione facta cauſa mortis, quinque. C. de donatio. cauſa mortis. l. fina ¶ Item in teſtamentis ordinandis, ſeptem. C. de teſta. l. hac conſultiſſima, in princ. & l. final inſtit. eodem in fi. vbi de hoc. & infrà, de edi. inſtr. §. compendioſe. ver. 3. Quando verò teſtator neſcit literas, nec ſubſcribit, ſunt octo neceſſari: vt in ea. l. §. quod ſi. Vel etiam ſi ſit cecus:
3 vt in præd. l. hac ꝯſultiſſima §. fi. † ¶ Quod autem dixi, in teſtamẽto ſeptem fore neceſſarios, fallit in caſibus. ¶ Primus, in relictis ad pias cauſas: ubi duo cum presbytero ſufficiunt, ſiue in teſtamẽto, ſiue in codicillis. ex. de teſta. cum eſſes. & cap. relatum. ꝙ dic, ut præ. §. compendioſe. uerſi. verum. ¶ Secundus, quando ualet teſtamentum minus ſolenne cum duobus vel tribus inter nepotes & filios: ut in præ, l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & §. fi. C. de fideiuſſ. l. fina. C. famil. erciſc. l. fina. ¶ Tertius, quia in uillis & municipiis, ubi eſt hominum raritas, ualet teſtamentum in pre-
4 ſentia quinque teſtium factum. C. de teſta. l. fi. † ¶ Quartus, quando teſtator dicit, ꝙ non uult ſtare priorem uoluntatem: quia tũc tres ſufficiũt. C. eodem. ſancimus. & in auth. ut lice. ma. & auiæ. §. his. Idem ſi uelit eam declarare: ut not. ff. de teſtam. hæredes. §. 1.
b ¶ Quintus, in teſtamentis conditis à militibus Reipublicæ.[b] Sufficiunt quandoque duo, quandoque unus: ſed hos milites hodie
c non habemus:[c] quare illud ceſſat, ut Inſt de teſta. militis. in prin. & §. plane, C. eo. milites, ubi de hoc. ff. eo. Lucius. ¶ Sextus, in teſtamento in præſentia Imperatoris, precibus ſibi oblatis cõdito,
5 in quo nullus eſt neceſſarius. C. de teſta. omniũ. † ¶ Item in purgatione epiſcopi requiruntur duodecim. 2. q. 5. omnib. in fi. ¶ Item in purgatione presbyteri: ſeptem: ut eadem q. ſi legitimi. ¶ Item in purgatione diaconi tres: ut in eo. c. ſi legitimi. ¶ Item in pecuniæ depoſitione, uel alterius rei, ſi depoſitum excedit libram auri, uel etiam ꝯtractus, tres. in auth. de inſtr. cau. & fide. §. ſi quis igitur, colla. 6. C. qui po. in pi. ha. auth. ſi quis uult. Item in ſcriptura per manum priuatam facta, tres. C. eo. tit. ſcripturas. Ar. contra, ꝙ duo ſufficiunt: ut extra, de proba. quoniam contra. cui hodie ſtat. Sed ſi p publicã, duo ſufficiũt: ut in auth. de inſtr. cau. & fide. §. igitur inſtrumentum. ¶ Item in interruptione præſcriptionis, tres. C. de an. excep. ut perfectius. in fi. 15. q. 3. c. placuit. §. hæc de preſcriptionibus. in fi. uerſi. ¶ Item in renunciatione uelleiani: tres. C. ad Vellei. antiquæ. §. ne autem. ¶ Item inuentarij confectione abſentibus quos res tangit, tres. in auth. de hære. & Fal. §. ſi verò abſunt. & §. ſancimus. C. de iure delibe. ſancimus. §. ſi verò dubius. ¶ Item cum fit cõparatio ex chirographo, vel alio inſtrumento non publico, tres. C. de fide inſtr. comparationes. ¶ Item cum aliquis promouendus eſt inter agẽtes in rebus, quindecim. vt C. de proximis ſacr. ſcri. vnicuique. li. 12 circa prin. ¶ Itẽ in inſpectione priuilegiorum debet eſſe quis cõtentus numero duo-
6 deno. extra. de fide inſtru. accepimus. in fine. † ¶ Item tres obſtetrices vocantur ad ventrem inſpiciendum: & tamen duæ ꝓbant prægnantem. ff. de ven. inſpi. l. 1. in prin. vel etiam vna, ſi ſe ꝑgnan-
d tem confitetur; vt ea. l. §. de inſpiciẽdo.[d] ¶ Item ad oſtium cameræ, ubi mulier paritura eſt, decem teſtes ponunt; & tempore partus, decem libere, & ſex ancillæ in conclaue mittuntur: ut ead. l. §. in quo. & §. ſeq. Mos tamen regionis in hoc attenditur: ut eadem l §. fin. ¶ Item cum per epiſtolam datur libertas: vel etiam inter amicos: ut C. de Lat. lib. tollen. l. vnica. §. 1. & 2 & §. ille etiã. ¶ Itẽ in diuortio, ſeptem. ff. de diuor, nullum. ¶ Item quãdoq; decem.
7 C. de erogati. mili. anno. lib. 12. l. pen §. hoc verò. † ¶ Licet autem vt præmiſſum eſt, quædam ſint ſpeciales cauſæ que plures quam duos teſtes exigant: nulla tamen eſt, quæ unius teſtimonio quamuis legitimo, terminetur: ut extra eodem. licet uniuerſis, in fi, etiã ſi præſidiali preſulgeat dignitate: ut e. tit. licet ex quadam. C. eod. iuriſiurandi. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. iuriſiurãdi quia uox unius, uox nullius: vt in præd. concor. & arg. ff. de quæſtionib. l. antepen. & l. j. §. item Cornelius. & unius teſtimonium nec iuſtificat, nec cõdem-
8 nat. 33. q. 2 admonere. † ¶ Hoc tamen fallit in quibuſdam caſib. in quibus creditur dicto unius. ¶ Et primo probat quis reuocationem mandati per unum teſtem, & cum ſuo iuramento: extra; de procu. ex inſinuatione. ubi de hoc. ¶ Secundò, ſi dubitetur de inſtrumento, an ſit publicum, ſolus tabellio facit fidem: ut C. ad l. Corn. de fal. ſi quis decurio in auth. de inſtru. caut §. ſed & ſi inſtru, colla. 6. ¶ Tertio, ſtatur iuramento creditoris tantum ſuper eo, quod ſuperfluum eſt in precio rei uenditæ. C. de iure do. impe. l fin. §. ſi uero. ¶ Quartò, ſtatur unius teſtimonio, cum teſtator ita præcipit. ff. de dote præle. Theopompus. ¶ Quintò, quando quis habuit probabilem cauſam ignorantiæ. extra. de ſenten. ex-
e com. c. ſi uerò. 2. arg. ꝯ, extrà, de præſum. c. 1.[e] ¶ Sextò, creditur dicto unius abbatis ꝯ epiſcopum, qui uicini meſſem ante miſſarum ſolennia exaruit. 86 diſt. tanta. ¶ Septimo, creditur uni extra iudicium, ſeu tãquam ſocio. 22. quæſt 4. innocens. ¶ Octauò, creditur vni cum iuramento principalis perſonæ. C. de re credi. in bonæ. extra, de probati. ſicut. Quandoque tamen hoc fallit: ut no. extrà, de iure iuran. mulieri. ¶ Nonò, vbi non fit alicui præiudicium: puta, cum dubitatur an quis ſit baptizatus, uel an eccleſia ſit conſecrata, & huiuſmodi de conſe. diſtin. 4. cum itaque. & c. paruulos. & diſt. 1. ſolennitates. Decimò, cum dubitatur de uolũtate obmuteſcentis ſeu morientis: ut argum. 26. q. 6. qui recedũt. & cap. ſequent. ¶ Vndecimò, propter dictum vnius ſigillum ſuũ in teſtamento appoſitum redditur dubium. ff. quemadmod. te. aperi. l. 1. §. fin. ¶ Duodecimò, in terminis appoſitis ſtatur determinationi venditoris. ff. fin. regun. cos. ſecundum unam lecturã. ¶ Xiij vnus impedit matrimonium contrahendum. ext. de teſti. ſuper eo. extra, de ſponſ. præterea. 2. ¶ Xiiij. vnus facit iudici pur-
f gationem, ext, de pur. can. c. dudum[f] ¶ Xv. creditur dicto vnius,
9 cum ſibi defertur iuramentum. extra, de iureiu. c. fi. † ¶ Xvj. creditur ſacerdoti dicenti aliquem pœnituiſſe. ext. de ſimo. c. nemo. & argumen. extrà, de teſti. teſtimonium. & de pœ & re. c. omnis. ¶ Xvij. creditur vni tanquam recitatori, propter eius fidem indu-
10 bitatam. 8. q. 3. talia. & 28. diſtinctio. de Syracuſanæ. † ¶ Xviij. creditur executori dicenti ſe citaſſe, uel denunciaſſe. ext. de app. cum parati. & ff. de reb. eorum, qui ſub tu. uel cura ſunt l. magis. §. illud. uerſi. nec tamen. & j. de cita §. ſequitur. & j. de accuſa. § j. ad fin ¶ Xix credit̃ cardinali, uel alii excellenti, dicẽti ſe legatũ, uel aliquid aſſerenti: licet id non probet. quod dicut s. §. 1. uerſi. item ꝙ fuit in. ¶ Xx. creditur patri dicenti filium inuitum mona-
11 chum eſſe factum. 20 q. 3 præſens. † ¶ Xxj. creditur uni reuelanti inſidias factas eſſe Papæ, ſeu conſpirationem: & idem in crimine leſe maieſtatis. 79. diſt. ſi qs papa. 6. q. 1. c. ſunt plurimi. §. uerum.
¶ Xxij. cre-

ADDITIONES.

a Requiruntur. ¶ Aliquos ex his enumerauit Tan. in rubri. quod teſtes in cauſa ſufficiunt. & Baga. in ſui operis charta pe.
b Militibus. Reipub. ¶ Qui ſunt in expeditione.
c Habemus. ¶ Nam in illis requiruntur ſex. quæ no. in l. pe. ff. ex quib. cau. ma. & uide s. de procu. §. 1. uer. item quod eſt miles.
d Inſpiciendo. ¶ Quando ſe ingerit, ſe ſuſpectam reddit, vt ibi no. & ideo maior numerus requiritur, quam quando negat.
e c. 1. ¶ Ibi non erat probabilis cauſa.
f Dudum. ¶ Puto quod allegare vult c. cum in iuuentute.

¶Xxii.credit̄ ſoli epõ.xi. q.i.qcunq; ſed illud antiquū ē & tollit̄ ꝑ
a priora iura [a].& 6.q 1.ſi tantū & c.ſeq.¶Xxiij.vnus teſtis inducit
præſumptionē.ff.quemadmo teſt.aper.l.2 in fi & ff.de dote præ
leg.Theopompus.aliàs incipit.Pomponius. & in omnibus præ-
ced.concord.argum.contrà ff.de quæſtionibus.l antepen. [b]
b ¶Xxiiij.vbi cōſenſus partiū in hoc interuenit, cum etiam teſti-
monio aduerſarij ſtari poſſit.C.de ſent.paſſis l. fi. & C. de fidei-
com.l.fi.¶Xxv.credit̄ vni teſti cum fama:vt not.dominus meus
c extr. de teſtibus.præterea.§ j.[c]& ſecundum alios,eodem tit.tam
literis.& 4.q.3.d.c.ſi teſtes.§.item ſæpe ſiue.& infrà,de noto.cri.
§.fama. ¶Xxvi.vnus proficit, ſed non ſufficit: vt in milite
ab hoſtibus remiſſo, cuius aſſertioni creditur ſuffrgantibus me-
ritis vitæ prioris. ff. de re mil. deſertorem. §. is qui ad. & l. non
omnes.§.à barbaris.¶ Xxvij.creditur iuramento dicentis ſe res
per violentiam perdidiſſe, violentia primò probata. ext.quod
met.cauſa.ca. fin. C.vnde vi.ſi quando. quod dic vt j̃. de fru. &
inter.§.viſo.prope fi. ¶Xxviij. creditur iuramento alicuius cir-
ca fraudem aduerſarij. ext. de in integ. reſt.ex literis. de re iud.
cum.Bertoldus.¶Xxix. creditur vni teſti in cauſa denunciatio-
nis.extr.de teſti.c.in omni.& de iudic.nouit.¶Xxx.vnus teſtis fa-
cit ſemiplenam probationem: quod dic vt j̃. de probat. §. fin.
12 ver.vlt.†¶Præmiſſi autē caſus ſunt ſpeciales. Teneas ergo,quòd
ſæpe vni fides adhibetur extra iudicium:vt prædictis concor.pu
ta vbi nullius agitur preiudicium:vt ſuprà verſi.nono.In iudicio
verò preſumptionem inducit. s̃.ver.23.non condemnationem.
vt in primis concor. Hoc etiam nota, quòd ad iudicis ſpectat
officium, multitudinem teſtium refrenare. ff. de teſti.l.i.puta ſi
iam ſint xl.producti.extr.de teſti. ſignificauerunt. & c. ſeq. & c.
de teſtib. vel etiam ſi videt producentis intentionem per pau-
ciores eſſe probatam.argum.extr. de offi.dele.cum te.j̃.eod.§.fi.
13 in princi.†¶ Sed quomodo id faciet, cum nullo ſigno debeat
ſuam mentem denudare:unde non debet ei dicere, probaſti:vt
C.ad l.Cor.de falſis.l.vbi.& ff.de offi.præſi.l.obſeruandum.in fi.
Reſpondeo, ſi uidet Producentem ſuam intentionē probaſſe,
poteſt ſibi dicere:Frater,tu iam produxiſti decem teſtes:attende
vtrum hi,quos uis producere ,melius nouerint veritatem : quia
ſi probari poſſit,ſatis uidetur quod per decem poſſit probari. I-
deo moneo te, quod me fruſtra non facias laborare:non ob hoc
dico,quin paratus ſim recipere:ſed pro Deo ducas eos , qui no-
uerint melius veriattem,& parcas mihi & tibi Et etiam debet il-
lū potius terrere,quam ſpem ſibi aliquam dare: ut poſſit partes
ad compoſitionem inducere,dicendo forte probari,& forte nō.
Itē forte obtinebis,& forte non.Hoc no.dominus meus in Sum
ma in tit.de dilla.§.& quib.ver.ſed ſi uide. Vel dicat, quod ideo
facit:Nam ad ſuum officium ſpectat lites abbreuiare. ff. ſi cert.
pet.quidam in fin.extr.de dolo & contu. finem. extr. de reſtitu.
ſpol.frequens in prin.lib.6.& de re iud.iurgantium.prudenter ta-
men iudex faciet, ſi ad refrænationem huiuſmodi non proce-
dat,niſi prius faciat renunciare partem,contra quam producū-
tur,quod nil dicet in teſtes. Vel niſi ea admiſſa ad dicendum, ap-
pareat teſtes non eſſe reprobatos per teſtes reprobatorios, qui
contra primos inducūtur:quod fieri poteſt,arg. extr. de proba.
licet.reſp j.& § j.& extr.eo.c.ad hoc.alias incipit,præſentium §.
d pe.& fi.[d] ne ſibi probandi adimat facultatem.14.q.2.c.ſuper.Po-
teſt tamen partes cogerere renuntiare productioni:ut j̃.eo.§.fin.
14 De hoc plenè ſecundam papam eod.titu.cauſam quę.† ¶Quid
ſi aliquis velit producere quadraginta teſtes:iudex uero non vult
recipere niſi decem,uel 20.nunquid ille poterit appellare? Vide
tur quod ſicut in præ.c.cum cauſam,quæ.Dic contra:nec in prę.
c.ponitur ius.quo ad hoc:ſed papa ibi ſic fieri voluit,ſecundum
G.Na.

## ADDITIONES.

a Priora iura. ¶ ſ.alleg.in prin.huius.§. Adde tu ꝙ illud poteſt intelligi e-
tiam hodie eſſe uerum, ſecundum diſpoſitionem.c.omnes. quod ſequitur
ead.cau. & q. uidelicet ut ualeat teſtimonium ſolius epiſcopi, quando il-
lud fuit repromiſſum ab utraque parte.& hoc tene.
b l.antep. ¶ Quę incipit,maritus.Solue ut dixi poſt Gof.& Hoſt.de ꝓcur. ex
inſinuatione.ſuper gloſſ.argumen.quod.& uide.j̃.§.proxim.verſic.ſi vero.
c §.j. ¶ Vide quod ibi dixi s̃.vltima gl. ¶ Adde, quod fama per ſe poſſet eſſe
ita vehemens, quod probaret: ut uoluit Bart. conſi.incip.Domino Paci.
Adde tu,quod fama quantumcunque diuulgatiſsima non facit probatio-
nem.c.ex literis.& ibi Abba. extr.de iureiur. Sed quod faciat fidem cum
vno teſte,habes gloſſ.in cap.1.extr. de app. gloſſ. in verbo poſſeſsiones. in
cap.placuit. el. 2. 16. quæſtione tertia. Car. in conſil. 9. circa fin.Bald.in l.
Gallus.§.fi.ff.de li.& poſthu.Idem Bal.in l.2.ff.de excu.tu.
d Et fi. ¶ Lib.6.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſibipſi contrarius,ut quia verum in uno,& falſum in alio dicit, non eſt credendus.*
2 *Plures teſtes, ſi pluribus teſtibus contradicant, quibus ſit fides adhibenda.*
3 *Teſtes producti ad probandam famam alicuius,quorum vnus dicit ſe audiuiſſe ab vno,& alter ab alio,quid iuris.*
4 *Teſtes ab vtraque parte inducti,ſi concordant,ſequenda ſunt eorum dicta.*
5 *Pluralitati teſtium,ſtatur,ſi ſint omnes eiuſdem conditionis & honeſtatis.*
6 *Veritas maior præſumitur, vbi maior eſt teſtium numerus.*
7 *Teſtes in humaniorem ſententiam declinantes potius ſunt ſequendi.*
8 *Fauor in dubio & paritate operatur.*

¶ Quę fides ſit teſtibus adhibenda.

## 12.§. Poſtquam.
de teſtibus tam plene diſſeruimus:cō
ſequens eſt, vt quæ fides eis adhibē
a da ſit, diſcutiamus.[a] Super quo nota breuiter,quod cum ex vna
parte tantum producuntur : aut idem teſtis ſibipſi contradicit,
1 aut vnus alii , aut unus pluribus , aut plures pluribus.†
¶ Et quidem ſi unus teſtis ſibipſi contrarius inuenitur: vt quia
dicit ſibi contraria vel aduerſa, vel uaria, uel verum in vno, &
falſum in alio,repellit̄: nec ualet eius dictū.4 q.3.c.ſi teſtes.§.q fal
ſo,uel varie.ff de re.iur.vbi duo.3. q. 9.pura ext.de ꝓba.licet ext.
de app.ſolicitudinē.in.fi.C.de liberali cauſa. cū precum.& ff.eod.
militis.& de tranſactio.cum hi.& s̃ §.j.verſi.item qui falſos.9 di.
ſi ad ſacras.24.q.3.alienus.Si vero tantum duo producti ſunt:&
vnus alii contradicit,neutri ſtatur.Nā quilibet eſt in ſuo dicto ſin
gularis.extr.de proba.licet.& de elect.bonę j.& c.cum dilecti.&
quia vni non creditur,vt s̃. §. proxim.Quid ſi alter aptiora nego
cio dicit? Reſp.non prodeſt,niſi quo ad præſumptionem.ff. de
b quęſt.l.antepen.[b] Si autem vnus pluribus contradicit: tunc uox
vnius, uox nullius:ut s̃ §.proxi.uerſ.licet autem.extr. de teſti. in
noſtra.niſi ipſe ſcriptus ſit cum eis in aliquo inſtrumēto.ff.quem
2 admo.teſt.aperi.l.j.in fine.†¶ Quid ſi plures teſtes pluribus ꝯtra
dicāt:aut inducuntur ab una parte tantū,aut ab vtraque parte.
Si quidem ab eadē parte plures inducuntur,& ꝯcordant, & ne-
gocii qualitas & motus animi iudicis cum his concurrit,ſequen-
da ſunt eorum dicta,& ſecundum ea eſt pronunciandum. ff. eo.
ob carmē §.fi.4.q.3.c.ſi teſtes §.ſi teſtes Sed ſi ſibi adinuicem ꝯdi-
cunt,licet in pari numero:ſtatur eorum dictis, qui naturæ nego
tij conueniunt,& qui omni carent ſuſpicione.Et formabit iudex
motum animi ſui ex argumentis & teſtibus, quæ cauſę aptiora
compererit.Nec enim ad multitudinem teſtium ſemper reſpici
oportet, ſed ad ſynceram fidem eorum,ut e.tit.ext.c.in noſtra.
& cap.veniens ext.de proba. licet cauſam Sed ſi teſtes diuerſo
modo factum narrant,bene creditur eis Quod dic ut ext.de uer.
ſig.c.nihil.de pœni.diſt.j.periculoſe.Quod unus dicit de decem,
alter de 15.alter de 20.non uidentur adinuicem contraria dice-
re.argum.C.de fideicom.l.ſi quis in ſuo.cum uerſicul.nos autem.
c s̃.de arb.§.ſequitur.prope princip.uerſic.notare.[c] Item cum te-
ſtes dicunt,Nos uidimus talem eccleſiam ſemper in tali loco ꝑ-
cipere decimas intelligendum eſt in horis competentibus. extr.
3 de præben.ſignificante.de conſec.diſtin. 5.nunquam in princip.†
¶ Quid ſi teſtes producuntur ad probādum famam, & unus di-
dicit ſe audiuiſſe ab uno alter ab alio? Vel quid ſi volunt probare
quod aliquis habet merum imperium in aliquo caſtro,uel quod
aliquis fundus eſt alicui eccleſiæ decimalis,& deponunt de diuer
4 ſis actibus? De hoc j̃.de inquiſi. § j. ver. quid ſi unus.† ¶ Porro[d]
d cum ab utraque parte plures teſtes inducuntur:ſi concordant,ſe
quenda ſunt eorum dicta:ut & prędictum eſt,quādo ab una par
te tantum inducuntur.Si autem ſibi ſunt contrarii,vel diuerſi iu-
dex debet eos concordare,ſi poteſt,ut ualeat eorum dictum ext.
eodē.tit.c.cum tu.de pœniten diſt.j.periculoſè.ff.de uerb.oblig.
ſtipulutio iſta.§ cum qui ita.Sed ſi non poteſt concordare, quia
prorſus ꝯria dicūt:iudex ex motu animi ſui ſcire poterit,qb⁹ po
e tius ſit fides adhibenda:[e] ita tamen.ut potius credat ingenuo,q̃ li
bertino:ſeniori,quam iuueni:honorato,q̃ inferiori:nobili:quam
ignobili:maſculo,q̃ fœminæ,decurioni,q̃ plebio:honeſto, q̃ in-
fami:& locupleti,q̃ egeno:magis alii,q̃ valde amico,uel inimico:
veridico,q̃ mēdaci morigerato,q̃ ꝓdigo,uel luxurioſo:graui, q̃
f leui.ff.d̄ teſtib.l.teſtium.C.eo.authen.ſi dicatur.& l.ſeruus.4.qō.
3.d.c.ſi teſtes.§.teſtium.ff.de ſiſte inſtr.l. fi.ff.de ſta.hom.l.in mul-
tis.ext.

## ADDITIONES.

a Diſcutiamus. ¶ Materia huius §. habetur 4.q.3.ſi teſtes.& extr.eo. titul.in
noſtra. Recepit autem auctor notabilem partem huius.§.a Tan.titul.6.de
quo ſuper rubrica:& a Baga.ſui operis vltima char.
b l.antep. ¶ Bagar.cuius fuerūt hæc uerba, per eādē l.dicebat, ꝙ nō ꝓde-
rat, ēt, quo ad prę́ſumptionem,ex qua deberet deferri iurm. lex illa habet
diuerſas lecturas,ut ibi no.in gl.niſi procedant.& gl.penul. Vincen.tenet ex
hoc deferri poſſe,ut ſcripſi in decrę.in noſtra.ſuper j.gloſſ.poſt prin.& dedi
remiſsionem s̃.§.proxi.ſub uer.23.
c Ver.notare. ¶ Vide quod ſcripſi de arbitr.c.j.lib.6.in ult.gl.
d Porro. ¶ Tan.fuit iſte uerſi.
e Adhibenda. ¶ Lombarda inducit eis pugnam. ſcilicet, vni pro parte &
renuens ſuccumbit:vt e.tit.ſi duo.& l.vl.in fin.lib.2.
f Quam leui. ¶ Habenti dignitatem,quam non habenti,in authen. eod. tit.
§.ſancimus.& ibi de hoc duplex ratio no.in glo.no.maiorem, ſcilicet quia
honeſti ad ea ſolent aſſumi,& quia minus timent potentatum.

tis:extr.eodem,in noſtra.ext de verb.ſignific.forus.ad ſi C.de in-
offi.teſta.filia.ff.de ſena.l.j.ibi:quia maiori,&c.C.de teſtib.iuriſiu
randi.extr.de elect.eccleſia.ſecundo.& c.dudum.ff.ſi certum pe-
tatur l.3.2 q.j.c.in primis,arg.ff.de dolo.non debet.ff.ſol.matr.ſi
cum dotem.§ ſi eo tēpore.ff.de nup.ſi pater.3.q.5.per totū[a]. Itē
a ei qui eſt bonę famæ magis,quam ei,qui eſt leuis opinionis.extra
de proba.licet. Et ſi teſtes partis alterius ſint numero plures, &
eis potius lux ueritatis aſiſtit qui etiam apatiora negocio & vero
proximiora dicūt,illis magis creditur:ut in c licet §. idem quoq;.
Si uero plures teſtes ſunt ex una parte,quam ex altera: illi tamen
inter ſe dicunt diuerſa,uel aduerſa:tunc teſtes partis alterius, qui
magnæ pręeminentię ſunt, præferuntur: quia non oportet tan-
tum teſtium multitudinem reſpicere:imo etiam eorum qualita
tem,& fidem,& teſtimonia,quibus potius lux ueritatis aſiſtit vt
b ext.de teſti.in noſtra.[b] ff.eo.ob carmen §.ſi teſtes.4.q.3.verſi.ſi te
ſtes.† ¶ Quid ſi omnes ſunt eiuſdem conditionis, uel honeſtatis,
& fidei? Reſpondeo,tunc ſtatur pluralitati,ut in præ. ca.in noſtra.
quia pluribus creditur,ext.de electio.eccleſia veſtra.2.argumen.
in authentica,de teſtibus §.ſi uero quidam.& §.licet.& ff.de arb.
l.item ſi unus.§. item. & l. diem.§. ſi plures.ff.de vent.inſpicien.l.
j.in princi.65.diſtin.cap.1.2.& 3.ff.quemadmod.teſta.ape. ſed &
6 ſi maior.† Quia ubi maior eſt numerus,maior præſumitur veri-
tas.& in pręd.c.eccleſia.ueſtra.2.ext.de offic.deleg.prudentiam.
prope princip.quia quod a pluribus quæritur, facilius inuenitur.
20 diſtinct.de quibus.Sed quid ſi tot ſunt pro una parte,quot ex
alia.& ęquè boni? Vel quid ſi ex una parte, ſunt plures,ex altera
digniores, ita vt dignitas poſſit numero adęquari? Reſpondeo,
tunc iudex abſoluat reum:vt in prædic.decret.in noſtra.& ff.eo-
dem.ob carmen. quia promptiores eſſe debemus ad abſoluen-
dum,quàm ad condemnandum.extr.de probat.ex literis ff.de a-
7 ctio.& oblig.Arianus. 26. quæſt. ult. alligant. † Sequęndi enim
ſunt potius teſtes qui in humaniorem declināt ſententiam.argu
men.ff.de pact.maiorem.C.qui bonis cedere poſſunt.l.fin.quod
verum eſt, niſi actor ſit fauorabilior: vt quia ſtat pro libertate, ꝓ
dote,pro teſtamento,pro legitimatione,pro pupillo,pro vidua,
pro orphano,pro fiſco,pro eccleſia,uel alias pro alia re, ſeu per-
c ſona fauorabili[c]: quia tunc eſt pro actore ſententiandum. ff. de
re iudi.inter pares.in fi ff.de inoffi.teſtamen.ſi pars iudicantium.
C.quando Impe.inter pup.& vi.l.vnica.C de ſacroſanct.eccleſ.l.
antepen.ext.de re iudic.c.fin.Vnde verſus:

*Stant teſtamentum,libertas,coniugiumque.*
*Si ſunt æquales,qui producuntur vtrinque.*

De hoc ſ̃.§ j.uer.item quod teſtes obſcure. Quid ſi fauor hincin-
de contingat? Quid etiam ſi plures teſtes dicunt contra fauorabi
lem perſonam eiuſdem poteſtatis & probitatis:& pauciores pro
fauorabili? Reſpondeo hæc proxilitatem generant & iudicem
ambiguum reddunt: quare tutius eſt iudicare pro reo: ut in præ-
d dict.concord.ſecundum Baga.[d] quod non credo[e].ext.de teſti.in
e noſtra.ext.de elect.eccle. 2.† Fauor enim in dubio & in paritate
8 operatur:non autem vbi ex aduerſo plenius probatur.ext.de iu-
dic.nouit.§ ſed forſan.3.q.9.neceſſe.in fin. extr. de re iudic. cum
æterni.ibi nihil fauor uſurpet.lib.6.2.q.7.ſicut inquit.xi.q.3.qua-
tuor. Vtrum atteſtationes in uno iudicio ordinario, uel extraor-
dinario habitę fidem faciunt in alio:no.extr.eo.præſentata. & c.
cauſam quæ.

ADDITIONES.

a Per totum. ¶ Hucuſque Tan. qui ſubdebat,non intelligas,quod his qui ſuperantur omnino fides ſubtrahatur.ſed quia in dubiis magis creditur potiori & digniori.quod prius dixerat Pil.eodem.titu.quarta rubrica.circa medium.
b In noſtra. ¶ Vide quod ibi no.in ult.gl.& quod ſuper ea dixi.
c Fauorabili. ¶ Sic ponunt Pil.Tan. & Baga.hos caſus vbi ſ̃. in princ. titu. huius.& ſ̃.dixi.
d Secundum Baga. ¶ Vbi ſ̃.
e Non credo. ¶ Et bene, ex quo ponitur parilitas in meritis. & exceſſus in numero: vt ſ̃. verſic.quid ſi omnes.

*SVMMARIVM.*

1 *Frater an poſsit in cauſa ciuili cogi teſtificari contra fratrem.*
2 *Vxor an in cauſa ciuili poſsit cogi contra maritum teſtificari.*
3 *Teſtes rogati duntaxat ſunt cogendi,non tranſeuntes,ſeu fortuiti.*
4 *Cogendi non ſunt teſtes in criminalibus,ſed monendi:ſecus in ciuilibus.*
5 *Iuramentum de teſtimonio non dicendo temerarium eſt, nec obligatorium. Celare veritatem peccatum eſt.*
6 *Teſtis ſimplex licet non plene probet ,iurare tamen non debet ſe non teſtificaturum.*
*...e teſtem alterius iuriſdictionis,cuius intereſt.*
*...lle,teſtes autem qui fuerint,& c.apponi ſolet in commiſſionibus a ſede apoſtolica emanantibus, præterquam in quibuſdam caſibus hic expræſsis.*

¶ De teſtium compulſione.

13.§.De teſtium compulſione aliquid iudicis gratia dictu-
ri, videamus qui ſe excuſare poſſunt à ferendo te-
ſtimonio,nec coguntur.Et quidem ſe excuſant valetudinarii, ſe-
nes,vt maiores 70.annis.C qui ætate l j.miles:& hoc propter ſa
cramentum:& hi,qui cum magiſtratu Reipublicę cauſa abſunt:
& hi,quibus in vrbem venire non licet: ut quia de militia igno-
minię cauſa,miſſi ſunt:publicanus,qui abeſt ex probabili & neceſ
ſaria cauſa non detractandi teſtimonij cauſa,is,qui cōduxit præ
bendam vehendam exercitui, & pupillus.ff.eo.inuiti.j. & 2. & 4.
quæſtione tertia cap. ſi teſtes inuiti. & ſequ. Item excuſatur ge-
ner, ne dicat contra ſocerum,& econtra. Vitricus contra priui-
gnum,& econtra: ſobrinus contra ſobrinum,uel ſobrinam ,vel
contra natos ex eis,& econtra:uel contra eos, qui in propinqui-
ori ſunt gradu:libertus contra patronum: filii ipſius contra ip-
ſum patronū:libertus uiri contra vxorem & econtra:libertus pa
troni contra patronum,& econtra.libertus contra cōlibertum:
nec libertus etiam volens admittitur contra patronum.4.q. 3. d.
capit.ſi teſtes.§.lex Iulia iudiciorum.ff.eo.lege quarta C.eodem.
aduerſus. Quidam tamen hoc intelligunt in criminali cauſa.
Alii,ut Baga.Iaco.& Accu. in ciuili & criminali:quia prędicta lex
indiſtincte loquitur:arg.extra.de traſla. epiſc. c. inter corpora-
lia. ſecunda.quæſtione.quinta conſuluiſti argu.ff de aleato.l.j.§.
a 2.Iſti tamen licet non cogantur, volentes admittuntur.[a] tertia.
quæſtione quinta capitulo primo.& no.ſ̃.§.j. verſic. item quod
eſt parens.& ſeq.& ff.eo.inuiti.2.Coguntur etiam ubi alias veri-
tas nequit haberi, ſecundum quoſdam. Alii contra, quod dic
1 ut not.in prę.capitulo primo.& l.inuiti.† ¶ Sed nunquid frater
cogetur in cauſa ciuili teſtificari contra fratrem. Ioan. videtur
dicere quod ſic,in his ,quæ not tertia quæſtione.quinta.c. j. & ſ̃.
§.j.uerſic.ſed nunquid frater.& ſeq.argu. tamen ꝯ in præd. §. le-
ge Iul.cum ſuis concor. prout intelligitur in ciuili & criminali:
b ut iam dixi.[b] Sed in maioribus criminibus,ſecundum do.meum,
cogitur frater contra fratrem:non tamen in magnis. C. qui acc.
non poſ.ſi magnum & l.ſi ſororem.niſi in exceptis. vigeſimater-
tia.queſtione octaua.ſi audiens.& ca.legi ext.de præſum. literas.
Et hoc in defectum probationum.C.de hæreti. quoniam. in fin.
14.quæſtio.2 quanquam.Item proxeneta,qui non cogitur, niſi
vtraque parte conſentiente.in authen de fide inſtr.§ ſi vero mo
riatur.verſ.quod ſi etiam.& ſeq.& in auth.de teſtibus.§.quoniā.
¶ Item excuſatur clericus multo fortius, quam prædicti. ſecun
da,quæſtione ſexta ſtatuendum. decimaſexta. quæſtione prima.
teſtamentum.& in prædi.c.quanquam.2 quæſt.5.ſi quis preſby-
ter. 15.queſt.j.generaliter.ext.de teſtib. cogend.per totum ¶ Itē
epiſcopus 11.q.1.nec honore.¶ Item no do.meus in ſumma de
c teſti.cog.[c] quod omnes pręmiſſi coguntur, ſi aliàs ueritas non
d poſſit haberi:alias non. Quod proſequere ut ibi,& iā ſ̃. tetigi.[d]
† ¶ Sed

ADDITIONES.

a Admittuntur. ¶ Et tunc tutum eſt conſilium.& ſecundum quoſdam neceſſarium,quod proteſtaretur,quod ſponte id faciunt, per auth. presbyteros. 2.mihi incipit,presbyter.C de epiſco.& cle.
b Iam dixi. ¶ Dicebat Iac.de Are.vt dicit Cyn.in l.parentes.C eo.etiam in ciuilibus eum non cogi:quia teſtificari eſt munus publicum:ſed tutela, quę eſt munus publicum, remittitur alicui, ne ſit contra fratrem. C. de excuſ. tu.humanitatis.ergo,&c. Sed reſponderi poteſt illud procedere fauore pupilli: vt ibi patet. Item facilius habebitur alter tutor,quam teſtis,ut de iudice dicitur ſ̃.§.j.& uerſ.ſed nunquid vaſallus.ad fin.& uerſic.item ſecundum. Goffre.
c Teſti.cog. ¶ Super §.j.
d Supra tetigi. ¶ In uer.& no.quod alle.j̃.de procu.in fin.Acc. in l. inuiti. j. ff.eo.tenet contrarium cum Azo.& Guid. de Suza. in ead. l. tenet illos, de quibus illa lex loquitur,cogi in eum caſum.Et idem dicit de his,de quibus. in l. Iulianus: Excipit libertum. C eod.l.libertorum.& ſocerum,qui parentis loco habetur.ff.ſol.ma.l.quia. Inducit iura,quæ faciunt pro ueritate inquirenda.C.de eden.is apud.ff.ſi quis cau.ſi eum.j.reſpon.auth. vt defunct. ſeu fu.in prin. ¶ Adde tu Lud.Roma.ſing.393.inci. Tu habes. ubi ꝙ licet certæ perſonæ non cogantur ad teſtificandum,illud eſt uerum,quando poteſt per alios probari:alias ſecus.Et dicit iſtud eſſe ſingulare dictum Hoſt. & Ioan.An.capit.primo de teſti.cog.Et quid ſi aliqui eximerentur a teſtimonio,non quia eſſent priuilegiati,ſeu aliter inhabiles :an etiā in auxilium veritatis admitterentur:uide Fel.in c.j.ver.item inquantum.col.fin.extra. de teſtit.cog.vbi dicit, quod non,quando materia eſt talis.quæ de ſui natura aliter ſciri poſſet, per gloſſ.fin.in l.inuiti, la i. ff.de teſti. Et an & quando quis teneatur , & poſſit cogi ad teſtificandum, uide pleniſſime Ioan. de Turre cre.2.queſtione quinta in ſumma.Et an & quando priuilegiatus poſſet cogi teſtificari in criminalibus,etiam in foro canonico,uide late Soc. in tracta.ſuo fallen. in reg. 4.17. Et per Cardin. Zaba.in c.dilectorum. extr. de teſti.Henr.Ferrand.

2 † ¶ Sed nunquid vxor cogenda eſt teſtificari in ciuili cauſa con-
tra virum, mota propter inopiam probationũ. Et videtur quòd
ſic, iudicis officio implorato. ff. de tabu. exhib. locum §. hoc edi-
cto. ff. quemadmo. teſt. ape. cum ab initio. C. de teſtib. quoniam.
& l. ſi quando in prin. nullo enim iure prohibetur cogi, & quicũ
que non repellitur: vel excuſatur, cogi debet: vt. ff. de teſtibus. l. j.
& ff. de proc mutus. §. 1. ff ex qui. cau. ma. necnon. §. quod eis. Itẽ
propter inopiam probationis admittitur, qui aliàs non admitte
retur. C. de ſum. trini. l. 1. in fi. Arg. tamen contra C. de teſti. l. 2. &
a in his quæ no. ſ̃. §. 1. verſi. ſed quid de vxore & ſeq. [a] ¶ De clauſu-
la illa, Teſtes autem, qui ſe gratia, vel odio, &c. vide ſ̃. §. qualiter.
3 ver. & no. ꝙ. † ¶ Item dicit Baga. [b] ſolos rogatos eſſe cogendos:
b non fortuitos, vel tranſeuntes: cum neque quis aliquem indica-
re cogatur. ff. de cõdictio. ob turp. cau idem. §. fi. ff. de preſc. ver.
ſolent. ff. de furt. falſus. niſi quando cauſa habẽdæ quæſtionis aga
tur, vt ſocios indicet. ff. ad exhib. l. fin. Ego credo omnes cogen-
dos, qui non ſunt in hoc priuilegiati ratione ſui vel cauſæ. 2. q. 1.
ſcelus. 23. q. 4. inter querelas. 8. q. 3. talia & extra de collu. crimi-
4 na. 24. q. 3. eccleſi. ext. de furtis, qui cum fure. † ¶ In criminalibus
autem ſecundum canones non ſunt teſtes cogendi, ſed monen-
di: ut extra eo. ex parte A. in fi. Quod qualiter intelligatur, plenè
traditur extrà, de teſti. cog dilectorum & ſecundum papam eo-
dem titu c. 1. ſecundum leges verò ſic, extra eo. ſuper eo in fi. C.
eo. ſi quando ff. eo l. 1. 4. q. 3. d. §. lex Iul. & per totũ. niſi prout. ſ̃.
& in prin. huius §. dictum eſt. In ciuilibus autem regulariter om-
nes cogũtur, ſi ſe odio, gratia vel timore, vel fauore ſubtraxerint:
vt extra eodem. cap. 1. & per totum. arg. contrà. ff. de bon. lib. qui
cũ maior §. 2. & ff. de his, quib. ut indig. poſt legatũ. §. an libertus.
Sed ibi ſponte dixit, nec coactionem expectauit. Et cum de crimi
ne ciuiliter agitur, compelluntur. extra eod. peruenit. 2. & c. ſu-
per his. & c. fi. Item cum in criminibus nõ cogatur, iudex interim
debet facere caueri de damno infecto, & de aliis periculis: ne di-
latione teſtium damnum poſſit euenire. ff. de damno infecto. l. 3.
§. penult. Quid ſi teſtis non vult iurare? Dic vt ſ̃. §. ſequit. Vtrum
cogetur, cum crimen opponitur ordinando vel conſecrãdo: vel
etiam in modum exceptionis, vide j̃. de crimi. in modum excce.
5 propoſitis. in fi. † ¶ Quid ſi quis iuramento ſe adſtrinxit ad non di
cendum teſtimonium? Reſp. iuramentum temerarium eſt: quia
celare veritatem peccatum eſt. vt 11. queſ. 3. quis. extra de crimi.
fal. c. 1. Et ideo poteſt venire contrà, etiam auctoritate propria.
ext. de iureiu. ſicut noſtris. 22 q. 4. in malis. extra e. intimauit. vbi
de hoc extra. de elect. venerabilem. Vel dic, ꝙ ſuperioris auctori
tate veniet ꝯ̃ illud. & vide ſ̃. de offic deleg. §. nunc oſtendendum.
6 verſic. 34. † Quid ſi ſit tantum vnus teſtis, & iurat non teſtificari?
Dic ꝙ eſt temerarium. Licet enim non plene probet, valet tamẽ
ad ſemiplenam probationem, & iuramenti delationem: vt ſ̃. §.
reſtat. ver. licet autem. & j̃. de dela. iur. Sed qualiter cogentur te-
ſtes? Dic quod per cenſuram eccleſiaſticam, ut extra, de teſti. cog.
cum contra. & c. ſeq. per quam intellige excommunicationem,
ſuſpenſionem, & interdictum. ext. de ver. ſig. quærenti, quid per
cenſuram. deberet autem prius moneri: quia hæ ſentẽtię nõ ſunt
ſine monitione ferendæ, ext. de ſent. excom. c. ſacro. ext. de app.
reprehenſibilis. & c. cum ſpeciali. Debent igitur prius moneri, q̃
cogi. ext. de teſti. co. ſuper eo. ſecundum vnum intellectum eius.
12. q. 2. indigne. & ff. de tabu. exhib. locum. §. hoc interdictum. &
§. ſeq. Cogentur etiam per mulctæ indictionem, arg. ff. ſi quis ius
dicen. nõ obtẽper. l. vnica, vel captis pignorib. C. de fide inſtr. iu-
dices. ff. de teſti. curent. Et hoc ad exemplum tutorum & curato
rum ſatiſdare volentium, quorum officium publicum eſt: ut etiã
* Teſtis inutilis productus id eſt non expediens ſibi, nec nocens aduerſario an poſſit accuſari de falſo. Bal. ꝙ ſic in l. iudicati. C. ſi ex fal. inſtr. per tex. in l. 3. j. reſp. eo. tit.

* Quid de mercenario, an poſſit eſſe teſtis? gl. in l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœnis. dicit, ꝙ non.

* An arbiter vel iudex poſſit eſſe teſtis in cauſa coram ſe ventilata, Bal. in l. ne in arbitris, C. de arb. & etiam ibi Cynus.

* An concubina poſſit eſſe teſtis, nota. in l. ſi ſeruus. §. primo. de verb. oblig.

* De teſte qui depoſuit ſe uidiſſe mediante cortina, vel pariete, Bal. in l. ſi nõ ſpeciali. C. de teſta, & in l. 2. §. idem Labeo. de aqua pluuia arc. & Bald. in l. conuenticula. C. de epiſ. & cler.

* Nota ꝙ locus à cõiter accidentib. habet locũ in teſtib. & ideo licet dictum teſtis non concludat de neceſſitate: tñ ſi communiter accideret, dictũ eius teneret. Bal. in l. neq; natales. C. de prob.

* Teſtis dicit, ꝙ præceſſit interrogatio, & ſecuta fuit reſponſio, niſi dicat ꝙ ſecuta fuit incontinenti, non probat. Bal. in l. ſi vnus. §. ſi pactus. ff. de pac. & etiam ibi Bar.

* Nota ꝙ dictum teſtis approbatur in iuramento ſolo quod eſt indiuiduũ: & ideo dictum teſtis non poteſt pro parte approbari, & pro parte reprobari Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiit de libera. legat. & ꝙ no. in l. ſi ex falſis C. de tran. & 9. diſt. c. ſi ad ſcripturas.

* Teſtis unus dicit, ꝙ tale quid audiuit a tali perſona, & a plurib. alijs, & in tali loco, & pluribus alijs, & tali die, & pluribus alijs: propter generalem additionem præſumet iudex cum alijs concordare. Ita Ioan. An. in c. qualiter & quando. de accu. & c. contumacia. de teſti. ſecũdum illud capud fac. contrarium.

* Si teſtis dicit ſe audiuiſſe aliquid a teſtatore, niſi dicat ꝙ fuit rogatus, non præſumitur, nec facit probationem. Bal. in l. diuus. de teſt. mi. fallit in teſtamento in quo ſunt inſtituti liberi. no. Bal. in auth. ꝙ ſine. C. de teſta.

* Nota ꝙ dictum teſtis ambiguum interpretatur vt res potius valeat quam pereat. Bal. in l. fructus. ff. ſol. mat.

* De proteſtatione contra teſtes & dicta teſtium, Alberic. in l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.

* Nota ꝙ concordia teſtium non eſt facienda niſi in numero pari. Bald. in l. inſulam. ff. ſol, matri. cum ſimili.

* An ille qui debuit procuraſſe aliquid alicui ſit idoneus teſtis Bar. & Bal. in l. omnib. de teſti. & ff. de iure fiſ. l. deferre. §. idem decreuerunt, contra fac. l. ſi is cui. de fur. nam tenetur vtrique: ut ibi not. & ſic licet ſit liberatus ab vno nõ eſt liberatus ab alio. & ꝙ not. Ang. & Iaco. Butr. in l. Lucius. de infa. & Alber. in rub. de teſti. & l. Lucius, Bal. in l. ſi ex falſis. de tranſac. & l. prima. de his quę in teſta. delen. per Bal.

* An dicto vnius teſtis credatur. Alberic. in l. iuriſiuran. C. de teſti. Spe. de teſte. §. reſtat. verſicul. licet autem. & quod not. in l. Theopompus. de dote prælega.

* Teſtis deponens de valore rei ſatis eſt quod deponat de credulitate ſeu de opinione: de quo Bar. in l. ſi. C. de pręd. & alijs rebus nauicula. lib. 11.

* Teſtis deponens ſuper ſanitate corporis, vel alia re ſuſpecta vel vitioſa, Barto. in l. j. de mendic. valid. lib. 10. & l. j. C. de canone frumen. lib. 11.

* Nota ꝙ teſtis non debet interrogari extra capitula, Alberic. in l. ſi quis libertatẽ. de peti. hęredi. plures teſtes interrogati dixerunt ſe interfuiſſe teſtamento, tamen quia non fuerunt interrogati, vnus non nominat alium, an probent. Alberi. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſti.

* Nota ꝙ dictum teſtis trahitur ad tempus iuramenti, ut in clemen. j. de offic. & pote. iudi. deleg. & l. ſi quando. C. de teſti. Bal. in l. ſi vero. de teſtamen. mili. & quid ſi tempore iuramẽti erat habilis, & tempore depoſitionis erat inhabilis? dicit ꝙ non valet. facit quod notat Bal. in l. ſecunda. ut lite penden. & in l. 2. C. de ſacroſan. eccle. vide Bar. in l. damni. §. ſabini, ff. de dam. infec. vide j. verſi. antiſtes iurans, &c.

* Teſtis ſine redditione cauſæ probat, ſi deponit ſuper facto, ſecus, ſi ſuper iure, vt ſuper dominio, vel ſuper eo quod ſtat in iudicio, vt not. in capi. cũ cauſam. de teſti. Item teſtis aſſerens negatiuam ſine redditione cauſæ non probat, quia negatiua non cadit in ſenſũ. ita Bald. in l. cum hi. §. ſi integra, de tranſa. & per hoc dat intellectum ad l. diem. §. ſi plures. ff. de arb.

* An dictum teſtis ſine redditione cauſæ valeat, Bald. in d. l. cum hi. §. ſi integra.

* An teſtes deſcripti in teſtamento pręſumanť rogati, no. in l. hæredes palã, §. in teſtamentis. ff. de teſtament, & l. ſciendum. de verb. obl. quid ſi dicitur, rogatus, & nõ dicitur ad hæc Bar. in l. 2. §. homines. ff. vi bono. rap. Cynus, in l. hac ꝯſultiſſima. de teſta. Bal. in auth. rogati. de teſti. per quæ verba apparebit de rogatione. Quid ſi teſtes erant in eodem loco, an præſumanť rogati, ſicut ꝑſumiť rogatus tabellio? Et diciť ꝙ ſic, ſi ſunt deſcripti, in inſtro, quia patiendo ſe deſcribi conſenſiſſe videntur. l. cum oſtendimus. §. ſi. de fideiuſſor. tutor. alias ſecus facit quod nota. in l ſciendum, de verb obl. Quærit etiam ibidem. Bal. quid ſi duo teſtes probant de vero actu numerationis, & tres de confeſſione, an ſit probatũ mutuum per quinque teſtes, & videtur ꝙ ſic, quia cõſonant in eundem finem, & ſi non in facto, ſaltem in iure. Contrariũ tenet ipſe per c cum dilectus. ext. de ſucceſ. ab inteſt. & hoc quia deponunt de diuerſo, non de eodem: nõ tamen nego quin faciant maiorem fidem quam vnus ſolus teſtis, quia cõfeſſio eſt vnica coniectura veritatis. Bal.

* Quando teſtes petuntur publicari ad æternã rei memoriã, tũc non ſufficit aduerſariũ citari ad domũ, niſi perueniat in eius notitiam. de quo not. in l. 4. §. toties. ff. de dam, infe. per Bar. & l. cum vero. §. euocari. ff. de leg. 2. per eund. Bar. in auth. ſed ſi quis ab aliquo. de teſt. & nota ꝙ quando petitur teſtis recipi, debet hoc peti corã illo iudice qui eſſet iudex illius cauſæ, ſi ageretur, ita no. in l. cum hi. § tranſ. ff. de tranſ. per Bar. & Inn. in c. ſignificauit, ext. de teſti. vbi ſic dicit, interdum petitur per illum qui non habet actionẽ nec habere ſperat, & tunc publicantur & recipiũtur, vt hic, & l. curẽt. ff. de teſti. ¶ Interdũ petiť per illũ q non habet actionẽ, ſed habere ſperat, & ẽt loquitur l. j. ff. ad legẽ Aquiliam. ſed ibi ſpeciale propter odium delinquentis, & timorem interitus probationis. Interdum petitur per illũ qui habet actionem, ſed timor eſt ne pereat ex dilatione legali, & tunc loquitur l. 3. §. duę. ff. de Carbonia. edic. interdum petiť ab illo qui habet actionẽ cũ præſenti exercicio, cũ teſtes prius ſint abſumpti quam poſſint recipi, tunc examinanť, ſed nõ publicanť tunc, ſed poſtea ſuo tẽpore, vt c. quoniam frequẽter. ext. vt lite nõ conteſt. niſi teſtes velint ſtatim publicari. nota tñ ꝙ ex publicatione non oritur actio. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. pen. de iureiurã. Bal. ſed an requiratur citatio perſonalis cum teſtes extraordi. requiruntur. Inno. ponit in d. c. ſignificauit.

* In rub. de fide inſt. C. Bal. ibi dicit, ꝙ teſtiũ alii ſunt teſtamẽtarii, alii inſtrumentarii, alii ſine aliqua confectione ſcripturæ. de primis an ſit neceſſe qđ ſint rogati, Nicol. mata. quod ſic; quia alias non poteſt ſcire tabellio de auditu & viſu eorum, niſi ſint admoniti: ꝙ idem eſt dicere ꝙ rogati, & dicit quod licet ſint in inſtrumento deſcripti, tamen non præſumuntur rogati. Bal. in vtroque contradicit.

* Item quærit an notarius poſſit ꝯficere inſtrumentũ de eo ꝙ eſt præter ius puta de cõfeſſione facta ad obligandũ abſente parte, vel de ſtipulatione facta alteri: & tenet ꝙ ſic. Item quærit vtrũ notarius cõputeť in numero teſtium: & de hoc not. in l. hac conſultiſſima. C. de teſtamẽ. & C. qui teſtamen. fac. poſ. & ſi dicas quomodo deponit vt teſtis, quia non fuit rogatus vt teſtis. Reſpondeo imo fuit rogatus vt teſtis, eo ipſo ꝙ fuit adhibitus ad audiendum & ſcribendum id quod teſtator ordinabat: & authoritas tabellionis non diminuit teſtimonium, ſed auget, l. filia. §. 1. ff. de condit. & demonſt.

* In l. nimis graue C. de teſtib. vtrum ſi produco teſtes pro me poſſis illos reproducere pro te. Reſpondeo ꝙ ſic: ſed cuius expenſis, no. hic per Bal. & c. ſtatutum. de reſcr. lib. 6.

* An iudex ex officio ſuo poſſit recipere teſtes in cauſa ciuili à parte non ꝓductos. Bal. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler. & Inn. in c. ad noſtram. el 2. ff. de iureiur.

* Teſtis productus fuit in iudicio, non tñ fuit citatus, nec monitus: iurauit, & depoſuit, an valeat eius dictũ, gl. ꝙ ſic in l. poſt legatũ. §. his vero. ff. de his qui. vt ind, nã eo ipſo ꝙ iudex ei detulit iuramentũ, vr̃ tacite eum monere ꝙ deponat verũ, de iuramẽto autẽ conſtat ſi per notariũ atteſtetur. l. Theopompus. de dote prælega. Bal. in dicta l. presbyteri. & auth. ſed nouo iure. C. ſi certum petatur. per ipſum. vbi ſic dicit.

* Nota teſtes aperte eſſe producendos, & ex quo ſunt producti, ſtari debet eis ſponte iurantibus: ſecus ſi non ſint producti. ita debet intelligi gloſſ. in d. l. poſt legatum, vide Bald. in c. j. quæ fuit prima cauſa beneficii amitten. in vſib. feud.

* Quid ſi teſtis à caſu eſt ad bancum, & pars facit ei deferri ſacramẽtum per iudicem, an ſufficit, Nicola. de Neapo. in l. 3. §. armis deiectum, & §. plus dicitur. ff. de vi. & vi arma.

* Teſtis deponens falſum in cauſa criminali punitur pœna talionis, vt not. 2. q. 1. c. 1, & l. 1. §. j. ff. ad leg. Corne. de ſica. & ibi Bar. ꝙ eadem pœna tenetur poteſtas compellens teſtes ad dicendum falſum & adde quod not. in l. lege. §. fin. ff. ad l. Iuliam pecu. vbi eſt text. quod ptãs nõ admittens defenſiones iuris, perinde punitur, ac ſi non admitteret defenſiones veræ innocẽtiæ. Bal. in dicta l. presbyteri. nu. 10.

* In l. nõ ex omnibus. ff. de arb. no. ꝙ qui intendit vti teſtibus, nõ teneť edere nomina teſtiũ anteq̃ producat, quia poſſent ſubornari & impediri ab aduerſario. Guil. de cu. de hoc in l. edita. C. de eden. Bal. in l. fina. C. eo. titu. de edẽ. allegat gl. in l. j. §. editiones. ff. e. ti. Inn. in c. ex parte. de arb. quid de teſtibus inſtrumenti. gl. in l. 1. prædicta. Sed nunquid ille qui producit libellum accuſatorium teneatur in ipſo inſerere teſtes veritas eſt quod nõ. Arc. 6. q. 9. præſcripta. & 3. q. 3. ſpatium. Albri. in dicta l. non ex omnibus. & l. 3. §. lege Iulia. de teſti.

* Satutus eſt terminus parti ad producendũ teſtes, an elapſo termino poterit producere. Bar. in l. mancipiorum. ff. de optio. lega. & c. paſtoralis. de exceр. Cynus in l. ſi eã. C. qui accu. non po.

* An teſtis iurans in termino, licet non deponat, valeat poſtea eius dictum domi. Segnorolus in conſiliis hoc diſputauit. Iac. Butrig. & Bal. in l. ſi quãdo de teſti. Bartol. in l. damni. §. ſabini. ff. de dam. infect. Archid. extra. de

excep.

excep.c.pia lib.6.& dicit Bart. ꝙ imputatur parti ſi non deponit: nec præſumitur ſtare per iudicem.conſuluit.ergo Bar.ꝙ ſtatim præſtito iuramento per teſtes pars eos petat examinari,& infra terminum deponant. Iaco. de Aren.in l.2.§.quinquennium de collu.detegen.Bal. in l. prima. ſi ex fal. inſtru.& l.clericus de epiſ.& cle. Ioan. Andre.in additio. Specu. hoc titulo §.qualiter. Dynus tenet quod poſſent deponere poſt terminum, per l.j. in fine.de bon.poſſeſſ.ex teſtamen.milit ita conſuluit ipſe.ſed Io.facoli. conſuluit contrarium.fa.quod no.Bal.in l.j.§.eod.ff.de fer vide ſ. nota quod dictum teſtis trahitur, &c. & infr.verſi. in l. ſi quando. de teſti. circa medium illius verſicu.

* Quis debeat publicare teſtes alibi receptos,an recipiens,an iudex qui iuſſit eos recipi.Bar.idem in l.ſed & ſi quis.ff.quemadmo. teſta. ape. ꝙ iudex qui iusſit recipi.Bal.idem in l.iudices de fide inſtrumen.C.

Nota ꝙ ille cui cōmittitur receptio teſtium, non poteſt committere vices ſuas alij,niſi de conſenſu partium. Inno.in ca.cum cauſam. de teſti. & c. cū Bertoldus.de re iudi.per Ioan.An.in clemen.j.de offi.delega.& in Spec.de teſte.§.nunc tractandum.& in Spec.de iudice deleg.§.j.

* De confesſione & remisſione teſtiū, nota in c. præſentium.de teſt.libr.6.& Albe. in l.j. de offic.aſſeſſo.& quærit cum dicta teſtium debeant mitti ſigillata & clauſa,quid ſi ſint miſſa aperta? dicit ꝙ nihilominus valent, quia eſt modica ſolennitas.& in auth.apud eloquentisſimum.de fide inſtr.vbi quærit Bal. nūquid in criminalibus posſit fieri commisſio receptionis teſtium vide clem.iudices.de offi.& pote.iudic.deleg. quæ videtur tenere, ꝙ nō.& hoc videtur tenere Cynus Iaco.de Are.tenet ꝙ posſit fieri cōmisſio ne pereat facultas probandi. Nicolaus mata.tenet ꝙ pōt fieri commisſio non ſolū pp neceſſitatē,ſed propter publicā occupationem.nam iſte cui cōmittitur,eſt miniſter committentis.& hoc tenet Bal.quia etiam illa quæ ſunt meri imperij propter abſentiam committuntur. vt l. j. de officio eius cui eſt mand.iuriſd. cum ergo iſti teſtes abſint à iudice, quia ſunt in alio territorio,patet commisſionem fieri poſſe: & ſic ſeruat conſuetudo. Inn.& Ioan. And.in c.cum Bertoldus.de re iudi. & in Spe.hoc tit.de teſte.§.nunc tractā. & in titu.de iudi.deleg.§.j.

* An iudex posſit punire teſtem falſum deponentem coram illo,ſi ſibi hoc liquet niſi ipſum ſuper hoc primo citet.Bal.in l. presbyteri. C. de epiſco.& cler.tenet ꝙ non. Allegat l.3.§.ſi ad diem.ff.de re mili.

* Si teſtis confitetur ſe homicidium feciſſe, nō tñ iudex ex hac ꝯfesſione pōt ipſum punire. tenet Bal. vbi ſ.& gl.3.q.5.c.quippe.

* An teſtis qui non uult comparere ad teſtificandum, vt veritas occultetur, posſit puniri de falſo. Inn.in c.j.de crimine fa ſ.Bal.in l.presbyteri.de epiſco.& cleri.dicit ꝙ nō,ſed punitur crimine ſtellionatus,& ciuiliter tenetur parti uel reipu. per actio.de dolo.Bartol. in l. j. de fal. qui videtur dicere contra.

* Proteſtans ꝯ teſtes poteſt vti dictis eorū ad excludendā intentionē aduerſarij,non ad intentionē proteſtantis,quia eſſet ſibi contrarius. ſed ſi proteſtans petit eos examinari,etiam ipſe uidetur à proteſtatione diſcesſiſſe.de hoc per Inn.in c.præſentium.extr.de teſtib.

* An parte non citata ualeret dictum teſtis.facit quod not.Bar.in l.maritus. de quæſti.

* Quod unus teſtis cum alijs adminiculis probat.c.fin.extra,de ſucce.ab inteſtat.

* Teſtes iurauere in præſentia partis,& publicati ſunt in abſentia partis ꝯtumacis,an præiudicabunt in alio iudicio? dic ꝙ ſic,quantum ad eaſdē perſonas:quantū ad alias p̄iudicat examinatio, ſed non publicatio: & an teſtes recepti inter quoſdam,faciant fidē inter alias pſonas,in l.ſi mater.§.fin.de except.rei iudi.& l.2.iudi.ſol.& l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fi.cum l.ſequen. de iureiuran.Inn.in c.cauſam.de teſti.&Dynus conſuluit.

* Nota ꝙ Bal.in auth.at qui ſemel.C.de prob.dicit ꝙ teſtes qui obſcure dixerunt,iudex pōt ex officio ſuo repetere:eſt uerum niſi foret concluſum in cauſa,ꝙ not.idē foret in decreto cauſarum ciuilium illuſtris domini D.nr̄i. tamen quando cōcluſum eſſet in cā, iudex poſſet deferre iuramentum ad declarationem retro actorum.ut nota.in c.cum Ioannes eremita.de fid.inſtru.hoc dicit Bal.in l.in bonæ fidei.de iureiuran.Iaco But.in d.auth.at qui ſemel.& l.fin.C.de teſtib.& ibi Barto.& in l. repeti. de quæſtio.& l. eos. de fal.per Barto.

* Nota dictum teſtis religioſi etiā ſine iuramento facit p̄ſumptionē. Inn. in c.nuper.ext.de teſti.Bar.& Bal.in l.ſolā.C.de teſtib.

* Quid ſi teſtis primo deponit,demum iurat.Io.And.& Inno.in c.de teſtib. extra.de teſti.dicūt.ꝙ cautela eſt, ꝙ iterum iuret, vel ꝙ ſpecifice repetat. Bar.in l.iuriſiurandi.C.de teſt.dicit quod hoc eſt uerum ſi fiat in continenti,ſecus ſi ex interuallo.

* Nota ꝙ receptio teſtium poteſt fieri ad cautelam parte non citata. Hoſti. in c.bonæ.extr.de electio.

* Teſtis primo interrogatus delato ſibi iuramento dicit ſe nihil, ſcire, poſtea iterato interrogatus dicit ſe ſcire:an dicatur periurus.not.in l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatus.ff.de damno infecto.domi. Argentinus.

* Teſtis repetitus ad declarandum dictum ſuum, an de nouo iurabit. not. ubi ſupra.

* Teſtes an posſint iurare in eccleſia,uel examinari, Bald. de hoc in l. nemo martyres.C.de ſacroſan.eccle.

* In l.duobus.§.fi.de iureiu.nota ex hoc §.ꝙ ſi tuus teſtis ſit contrarius meo puta meus dicit me poſſediſſe,& allegat cauſam: tuus dicit non poſſediſſe, neuter de falſo debet puniri propter dubium Bald. vbi ſuprà.Bar.in l.eos. C.de falſ.

* Clerici coram laicis iurare ſunt prohibiti. 2.q.5. c. ſi quis presbyter. & C. de epiſc.& cler.l.cum clericis.debent ergo iurare cum authoritate iudicis ſui ſuperioris,qui habet iuramentum recipere, vel alicui committere: tamen ſi iurant valet eorum proceſſus & teſtimonium. capitulo primo.de iuramen. calum.

* Quid ſi in atteſtationibus non continetur expreſsè qua die teſtis iurauit, tñ dr̄ talis teſtis iuratus & examinatus corā tali iudice. Tancredus in compendioſa ſu.Bart.in l.theopompus.de dote præleg.

…ndo interrogatur pars ſi vult vti teſtibus, quia dubitatur an ſint falſi,
debet reſpondere non reputo hoc inſtrumentum,vel nunc teſtem mihi neceſſarium.ideo de hoc non curans cedo vſui. Bal.in l.iudicati.nume.12.C. ſi ex falſis inſtrumentis. Vide Bar.in l.diuus.ff.de falſ.

* Quid ſi in atteſtationibus teſtis ſimpliciter cōtinetur, ſic iuratus &c. an p̄ſumatur eidem delatum per iudicem iuramentum.in l.ait prætor.§ j.de iureiur.& dicit ꝙ non.Bal.in d.l.iuriſiuran.quærit quid ſi reperitur in actis talis iuratus depoſuit ſic,an præſumatur iuratum ſolenniter, ut requiritur in teſte? Dicit Bal. aut iſte teſtis fuit examinatus per iudicem in tali tempore quod potuit iurare legitime,& præſumitur ſolenniter iuraſſe:& ualet eius dictum,alias non.Bal.ubi ſ.

* Nota ꝙ iudex non debet pati ꝙ teſtis examinetur ſuper articulis impertinentibus. Bar.in l.ſi duo.§.idem Iulianus.de iureiur.& gl.in l.2.§.quod obſeruari.C.de iura.calumniæ.

* In l.iuriſiurandi.C.de teſtibus.vtrum credatur dicto cardinalis non iurati dicitur quod ſic, in capitu.cum olim. de priuileg. in commisſis ſibi per papam.

* Sed nunquid dicto papæ credatur? dic ꝙ ſic, tamē ſi nō recordatur, debet ei reduci ad memoriam.vt extr. de teſtib.capitu.cum a nobis.Ioan. Andr. in nouel.

* Qualiter probabitur quem fuiſſe negligentem in accedendo ad aliquem locū,& potuiſſe citius accedere,& debuiſſe,qualiter articuli formabuntur & quid teneantur teſtes probare.Bar.in l. continuus. §. cum ita. de verbo. obli.& l.qui teſtamento.§.& veteres.ff.de teſtamen

* An ſit bona practica aduocatorum volentium probare negatiuā facere capitula affirmatiuè: verbi gratia, volunt probare ꝙ talis non fuit in tali loco,& ipſi capitulant, ꝙ ceſſauit eſſe in tali loco, vel dicunt, ꝙ eſt abſque eo ꝙ fuerit in tali loco.& ſic dicunt,non videri intentari negatiuā. Bar. in l. inter ſtipulantem.de uerb.obli.& l.actor.C.de probat.Bal.in l.j. de bon. poſſ. ſm tabulas.ſic dicit, quæro quomodo poteſt probari hæc negatiua: nempe teſtamentum non ſit verū. Reſpondeo per teſtes hoc deponentes quibus creditur,licet non ſint rogati:quia ad probandum teſtimonium non reprobandum requiruntur eſſe rogati,& teſtes quando deponunt negatiue, debent remouere actū à ſenſu,non cenſum ab actu: hoc eſt debent dicere, talis actus nō fuit factus,& hoc ſcio per ſenſum,& per ſcientiam meam, quia tali loco & tempore, vbi & quando dicitur eſſe celebratus, ego interfui, & vere tūc ille actus nō fuit celebratus, nec potuiſſet celebrari quin vidiſſem & audiuiſſem:nam ſicut in facto proprio cadit vera ſcientia propoſitionis negatiuæ.l. Pantonius §.rei perduellionis.ff.de acquiren hæredit. ita in facto alieno ſic coarctato ꝙ uirtus intuitiua vel ſenſitiua clare percipit negatiuam.l.2.C.de errore aduocator.per Cynum.& l.j.§.j. de itinere actuque priuato.item negatiua poteſt probari directe per inſtrumentum: ergo & p teſtes.l.in exercendis.C.de fide inſtrumento. & ideo ſi teſtes affirmatiue ſe referant ad inſtrumentum,& negatiue ad illud idē,cum per eandē cauſam reddant rationē aquè poteſt probari negatiua ſicut affirmatiua.dicta l fin. C.de rebus creditis.ſi autem teſtes negando remouerent eorum ſenſum ab actu,ꝙ eſt quando dicunt non recordari, vel non interfuiſſe, tunc nihil probant,quia qui nihil ſcit,nihil poteſt probare,l.quidam.in prin.de fur.& l.3. §.duæ.ff.de carboniano edi.

* Si teſtis deponat de ſua præſentia,etiā videtur deponere de ſua ſcientia & ſenſu,quia requiritur in tali actu, licet non ſpecificet de ipſo ſecus ſi deponat de præſentia tertij,quia talis depoſitio non includit ſcientiam,ut l.j.in fi.de aucto.tuto.per Bart. & ex hoc ſi teſtis dicat ſcio, quia ſenſi, licet non ſpecificet per quem ſenſum ſenſit, pbat:ſed hoc non credo verū, quia verbum ſenſus aliquando ponitur pro intellectu.& ideo talis ratio eſt incerta quia quod pluribus modis exponitur eius veritas ignoratur,ſecūdum, Boetium, Bal. vide Albericum in l.2. de probationibus, qui ſecundum Iaco. Butr.dicit ꝙ capitula ſunt negatiua. vide Hoſtien.in ſumma de prob.§.qs debet probare.per totum.

* Nota quod ſi obijcitur teſti homicidium ad repellendum ipſum, à teſtando, debet obiici in ſpecie,nec ſufficit obijci in genere Bal.in l. & ſi pepercerit.de liber.& poſt.fac.c.pia.extr.de excep. & capitu. præſentium. de teſti. libr. 6.

* In l.diem proferre.ſi.plures.ff.de arbi.in gl.nā maiori,&c. ibi, proponunt. Oldradus dicit hoc verum eſſe quando teſtes negant eorum actuum ſuper quibus producuntur agnitionem,ſecus ſi deponunt ꝯriam aſſertionem.nā tunc diſtinguit, aut deponunt ſuper eo quod conſuluit in iudicio rationis artis peritia, & tunc poteſt probari negatiua ſicut affirmatiua: ſicut eſt in medicis qui deponunt ꝙ non remanebit cicatrix: & in obſtetricib. quæ deponunt mulierē non eſſe prægnantē, ut l.j.de ventre inſpic.ſi autem negatiua conſiſtit in ſolius facti accidentia,nec habet commiſceri cum iudicio rationis,tunc aut eſt negatiua probabilis,& tunc ſtatur teſtibus ueriſimiliora deponentib.& pluribus numero.l.ob carmen.§.fin.ff de teſti. aut non eſt probabilis,& tunc quia teſtis non poteſt reddere cauſam, quia non entiū non ſunt cauſæ,ſtatur affirmantibus ſm Old.ſic.l.ſi qs.C.de fabricen.libr. xi.per Cynū in l.2.C.de erro.aduoca.& de itiner. actuque priua. l. 1.§. 1. Io.And in c.i.de præſc.li.6.Arc.8.q.3.c.artaldus.Bal.in dicto.§.ſi plures. Inn.in c.veniens.de verb.ſign.& c.cum Io.de fi.inſtr.

* In l.ſi qn̄.C de teſtibus.pone procurator fuit litem cōteſtatus, dominus vero fuit citatus ad audienda iuramenta teſtium: utrum ualeat iſta citatio:dn̄s Lamber.de Rāmponibus diſputauit iſtam quæſtionē, & dixit, ꝙ quia iſta citatio eſt ad proſequendū.ſ.ad proceſſum cauſæ, & quia proceſſus eſt in procuratore & in eo reſidet ius inſtantiæ,ideo dicit iſtam citationē nō valere.& hoc tenet Io.And.in nouella,in c in nomine domini. extr. de teſti.licet enim euentus ſit domini, tamen litigare,examinare & procedere eſt procuratoris.l.1.C.de ſent.& interloc.om.iud.niſi procurator cederet ius domino inſtantiæ.l.in cauſæ.§.ſi.ff. de procu.

* Item quæro,ſunt duo procuratores conſtituti cū clauſula ꝙ non ſit melior conditio occupantis,modo vnus eſt litē conteſtatus,alter vero produxit teſtes,vel fuit citatus in productione aduerſæ partis,an valeat.Mar.Siliman.diſputauit & dixit ꝙ valebat patiente aduerſario,non contradicente.hoc refert Io.And.in d.c.in nomine domini.licet enim non deſinat eſſe funditus procurator per alterius occupationem, tamen apparet ipſum nō eſſe intimum contradicente aduerſario.quod no.

Item pone

* Item pone ꝙ pupillus cum tutoris authoritate eſt litem conteſtatus, poſtea ſolus tutor produxit teſtes, vel eſt citatus, an valeat? iſtam quæſti. diſputauit Petrus de Ceruot.& dixit valere per caſum l. ſi ideo. ff. de euicti.

* Quæro quid in patre, pone ꝙ filius cum auctoritate patris eſt litē conteſtatus,& poſtea ſolus pater producit teſtes, vel ſolus citatur ad id: an valeat Reſpondeo refert an pater conſenſerit in ſignum legitimæ adminiſtrationis,& valeat. vt d.l.ſi ideo. an in ſignum repudiationis vſufructus, & tunc non valet: quia tunc pater ex illo proceſſu, non habet ius. ſimilis diſtinctio eſt in l.filius. qui ſatiſ.cogan.Bal.

* Quod interrogatoria poſsint fieri teſtibus de iure ciuili probat tex. in l.ſi poſtulauerit.§.quæſtioni.ff.de adul.

* In Auth.ſed iudex.de epiſ.& cle.no.ꝙ interrogatoria illius ɔ̃ quem teſtes producunt, non debent admitti, ſi ſufficiat nouū capitulū pro eo. verbi gratia, peto à te x. volo producere teſtes: tu petis interrogari an ſolueris iſta decem: hęc interrogatio non eſt admittenda cum ſufficiat nouum capitulum pro te. Guid.de ſuza.

* In c.cum cauſam.ext.de teſtibus.Io.And.dicit, ꝙ ſi pars det interrogatoria,& dicat ꝙ teſtes interrogent de cauſa ſcientiæ, & teſtes interrogati nō fuerunt, ꝙ nō valet dictum ſuum. ꝙ no.& hoc practicatur per me vbi dantur interrogatoria.

* Si contentio ſit inter epiſcopum & abbatem de aliqua iuriſdictione, & teſtes epiſcopi deponant pro ipſo epiſcopo, & teſtes abbatis deponant pro ipſo abbate, prędferentur teſtes epiſcopi qui dicunt veriſimiliora, quia iuri communi conſonant dummodo ſit in alijs paritas. Ita no. Inn.in c.auditis de reſcri

* Nota ꝙ teſtis qui vult deponere de vulnere & cicatrice alicui facta debet de neceſsitate ipſum prius cognouiſſe.l.1.ver. vere.ff.vſufru. quemad. caueat. Iac.Butrig.

* Quando dicatur pars didiciſſe teſtificata Bald.in authen. at qui ſemel.de proba.

* Teſtis deponens de delicto commiſſo de nocte, quomodo probet.Bal.in l. Arethuſa.ff.de ſtat.homi.

* De teſte qui interſerit falſum in dicto ſuo.in Speculo de teſte de hoc in §. 1.circa fi.ver.item ꝙ aliquid de ſuo addit.& ibidem Io.And.in additio. In no.& Io.An.in c.fraternitatis.de hær.& c.qualiter & qñ. el 2.de acc.& an debeant reduci ad concordiam.no.in Spe.de teſte.§. iam de interrogatoriis.circa medium.Bal.in l.ſi ex falſis.C.de tranſactionib.

* An cōpater poſsit eſſe teſtis, vel iudex pro compatre.Guliel.in l. generaliter.de in ius vocando.Spe.in ti.de rela.§.qualiter.

* Teſtis deponens de valore rei non reddita ratione, an probet, Bar. in tractatu de teſte, quem fecit, dicit ꝙ non in re immobili.& idem in equis & ſimilibus, ſecus in blado & vino: tamen iudex ex officio ſuo debet ipſum examinari facere. Bar.in l.ſi quid ex Pamphila.de leg. 2.

* In auth.ſi dicatur.de teſtib.quæritur ibi an teſtis poſsit interrogari de ꝓpria conditione perſonæ, videlicet an ſit ſeruus vel liber, amicus vel inimicus,& ſimilia. Nicola.mata. ꝙ ſic, licet Odofredus ɔ̃, & ratio eſt, quia iſta veniunt in conſequentiam. facit quod no.in l.teſtium.C.de teſtib.& l. prima.ff.ad Sillan.& no.in l.10.de verb.obl.fac.c.inquiſitionis. de accuſ. Bal. vbi ſupra.

* An dominium poſsit probari per teſtes, Bal.in l.j de his quæ in teſta.dele

* Teſtis interrogatus, dicit vera eſſe, quia præſens fuit, an iſta redditio cauſæ ſit ſufficiens? vr̄ ꝙ ſic.l.teſtiū.C.de teſti.per Bal. in ɔ̃rium fac. quia potuit eſſe præſens ſed non vidiſſe. ita dicit Bal.in c.præſentium.de teſti. lib. ſexto. Nicol.mata.dicit, ꝙ iſta eſt bona redditio cauſæ.& ſi dicat, potuit eſſe præſens,& non vidiſſe, reſpōdeo hoc nō pt̄ eſſe verū, qa teſtis ɔ̃rium aſſeuerat. nā verbū præſentiæ includit ſenſū cum intellectu.l. coram. de verb. ſigni.& l. diem.§ cor ī.de arbi.ff. vt dicit Ariſt in proble. vbi nō eſt intellectus, non eſt ſenſus. ſic enim ait, Intellectus videt, intellectus audit, quia iſta eſt virtus animę per organa.& ideo ſi quis eſt vehementer percuſſus in capite, quia anima perdit virtutem, oculus non videt, auris nō audit, nec aliquod aliud membrorum habet effectum naturalem vt patet.

* Modo quæritur, ſi vnus teſtis dicit de præſentia alterius,& ille alter negat ſe fuiſſe præſentem, utrum ſint contrarii teſtes?& dicitur ꝙ ſic ɔ̃rietate ſermonum. Bar.in contrarium in l.1.ff.de auctor.tuto. quia cum de alio teſtis loquitur non de ſe, non intelligitur loqui de præſentia intellectiua, ſed de corporali, quæ ſubiacet oculis: teſtis iſte poteſt ergo dicere verum, & fuit præſens corpore:& ille poteſt dicere verum, quia non fuit præſens animo. & ad hoc facit gloſſa hic poſita, quæ dicit, ꝙ ſi dico aliquem præſentem, nō tamen dico ꝙ ille uiderat. nam hoc ignoro: quia ſæpe quis eſt in loco & nō videt, nec audit quid fit in loco. ſed ſi verba referant ad pręſentiam localē, alter dicit falſum, vnde ſi teſtis inductus dicat, ego nō interfui in loco illo, neceſſe eſt ut alter mentiatur.& datur iudici materia inquirendi in alterutrum.l.ſi duobus.§.fi. ff.de iureiur. Si autem ſermo poſsit referri ad præſentiam mētalem,& ad abſentiam, tunc dico ꝙ non apparet ɔ̃rietas, tamē ratione ſuſpicionis eſt inquirendum. Bal. vbi ſ̄.in l.teſtium.fac.ad id ꝙ nota Bal.in l.conuenticula.C.de epiſco.& cler.

* In l.fi.in fi.de periculo nominatorum.lib.11.ibi, in tex.manus iure porrigi, nota ꝙ intelligitur manus porrectio intellectualiter magis quam corporaliter.& ſic eſt argumen. ꝙ interrogatus teſtis quomodo ſcit, dicit quia tetigi cum manibus, cum non eſſet res tangibilis, ꝙ referatur ad ſenſum cōgruum illius rei.Bar.vbi ſupra.

* In l.ſolam.C.de teſti.qd ſi teſtis prius dat rationem quam dictū, uel ſimul miſcet: verbi gratia, dicit ſe vidiſſe hoc, vel ſe tantū ſcire, quia vidit,& iudex interrogat ad huc ipſum quomodo ſcit, an teneatur vlterius loqui, & reſpondere? Dicit ꝙ non, quia ꝑ redditionem cauſæ ſemel eſt functus officio ſuo.fac.l.1.in fine in ratione ſui.ff.de dote pręlega.& l.fundi Trebatiani.de vſufru.lega. Spe.in tit.de teſte.§.nunc tractan. verſ.de viſu probatur & ideo teſtis reſtringit dictum ſuum, ut l.hæc actio.ff.de calumnia.

* An teſtis debeat interrogari ſpecialiter, an tale delictum commiſerit, qđ ſi commiſsiſſet ad teſtimonium non deberet admitti. de hoc no. in 50. diſtin.§.teſtes.& cap.quærendum.& xxx.q.v.iudicantes.& ſexta. q.alias. 11. q.quiſquis & 15.q.fin.capitu.j.& penu.& xxxv.q.vi.ſi duo. In contrarium fa.de pœni.di.j. §.his authoritatibus. pro hoc fac.l.j.§.qui quæſtionem.de quęſtio.fac.quod no. Inno.in c.inquiſitionis. de accuſat.&l.quicunque.ad ſi.C.de ſeruis fugit. & l.ſi quis libertatem. de petitione hæredit. Barto.in l. Marcellus rerum amotarum.

* Pone ꝙ poteſtas habet arbitrium procedendi abſque aliqua ſolennitate, an poterit ꝓcedere ad condemnandum uel abſoluendum ex depoſitione non iuratorum teſtium. Bar.in l.filius. ff.de donatio.tenet quod ſic. Bal.in l.presbyteri. C.de epiſco.& cleri.tenet contrarium. nam debet conſtare de facto. l.diuus.de militari teſt. ſed non conſtat niſi teſtis ſit iuratus: quia iuramentum in teſte eſt magis ſubſtantia:& materia, quam ſolennitas. fac.ad hoc qđ no.clemen.ſæpe.ext.de uer.ſig.ubi gl.in ſimili Bal.vbi.ſ.

* An iudex qui examinat teſtes poſsit dicere teſti literato ꝙ dictū ſuum ſcribat,& ſibi det in ſcriptis? Bar. ꝙ ſic in l. Theopompus, de dote pręleg. Goff. in c.2.ext.de teſti.tenet ꝙ nō. idem tene Hoſ.in ſumma de teſtib.§.ſuper q̄bus. quid ſi teſtis ſcribat teſtimonium, Bal.in d.l.iuriſiurandi.dicit ꝙ ſi teſtis dictū ſuum legit iudici, poteſt habere locum opinio Bar. ſi uero non legit: ſed dat dictum ſuum in ſcriptis ſub ſigillo ſuo, non ualet. allegat quod no.in c.de teſtibus.ext.de teſti.in nouel.& in c.pertuas.ext.eo.ti.uide j.ver. quid ſi teſtis tradat ſcripturam

* Nota ꝙ ſi teſtis affirmet capitulum.& adducat rationem dubiam probat. Bar.in l.Labeo ff.de ſupellec.lega. Bar.in l.de tutela.C.de in inte.reſt.dicit quod etiam dictum teſtis in ratione non releuat probationem. cap.in præſentia.de prob.

* Nota ꝙ mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. l. qui teſtamento. §. mulier.ff.de teſta. ſed an admittatur cōtra teſtamentū: & ad ipſum impugnādum. Alberi.in dicto §.mulier.dicit ꝙ non,& ſic dicit fuiſſe terminatum Padue:& ita dicit Dy.tenere: & ꝙ omne aliud inſtrumentum confectū coram maſculis non poſſet reprobari per mulieres. quod no. niſi eſſent multo plures numero,& notæ authoritatis & fidei.

* In l.ſi quando.la 2. C.de bo.uacan.lib. 10. in tex.ſigillatim. nota ad ſtatuta dicentia in maleficiis non ualere dictū teſtis, niſi ſigillatim deponat de loco: quia ſi dicit de loco in inquiſitione non contento, uel accuſatione: non dicitur ſigillatim deponere. cum ſigillatim & ſingulariter expreſsionem im portet, ut hic:& l.ſi quis ita.de bonis proſcr.& ita non eſt ſingularis expreſſio, quamuis referatur ad illud, ergo &c.uide C.de prędiis curial.lib.10.l.j. per Ange.de hoc uer.no.in c.de teſti.lib.10.uide in tex.

* In l.ſi quando. C.de teſti. Baldus quærit. aſsignatus eſt mihi terminus ad proban.10.dierum, an teſtes poſsint produci in iſto termino aduerſario ulterius non citato: vr̄ ꝙ ſic: cū dies interpellet pro homine. Contrarium tenet Bald.in l.qui ante Kalendas.de uerb.obl. fac.gl.in clem.quamuis.de appella. Alibi tamen addit Bar. ꝙ ſi in ultima die fit productio, non eſt neceſſaria alia citatio partis, quia ultima die quęlibet pars vr̄ admonita. ita notauit in l.item illa.de conſti.pec.nec expectabo extremitatem vltimæ diei, quia ſufficit quacunq; hora diei, ut notatur in dicta clem. quamuis.de appel.Io.And.in addi.& Pau.de Leaza.& ideo cauti aduocati faciunt aſsignari terminum: & admoneri partes, quod aſsiſtant ſingulis diebus & horis, quod maxime eſt neceſſarium, ſi pars habeat habitationem in partibus remotis.

* Item quęritur, quid ſi iurauit in termino: ſed depoſuit poſt terminum Bar. in l.damnum.§.ſabini. de dam.infec. & ido caue ne producas teſtes ultima die termini, ita quod uolendo inſtare non poſsis cum quacunque inſtantia facere teſtes examinari. ſed Io. And.in additio. Specul.dicit quod utraque pars poteſt inſtare quod iudex examinet: & cum examinatio fit in iudice: & non in parte, quod neutra pars poteſt alteri obiicere culpam, cum utraque pars ſit in culpa. & hoc uerum ſi ſit ſtatutus terminus ad opponendum quia tunc non valet depoſitio poſtea facta tex.eſt in cap. præſentium coniuncta gl.de teſti. quo caſu habet notarius neceſſe ſcribere diem depoſitionis, nec ſufficit ſcribere diem iuramenti: quia quando aliquid poteſt ualere uno die non altero, de neceſsitate debet ſcribi dies. capitulo, abbate ſane.de re iudica.lib.ſexto.& aduerte ſi depoſitio teſtis non traheretur ad iuramētum, cum in depoſitione pars non ſit præſens nec citata ad audiendum deponi,& ipſa depoſitio ſit maximi pręiudicij, de neceſsitate ſequeretur ꝙ dictum non ualeret. oportet ergo de neceſsitate dictum à iuramento ſuſtentari:& ad ipſum trahi. & hęc eſt ſubtilis ratio & noua Bal. fac. quod nota. Bal.in l.ſecunda.C.ut lite penden.

* Teſtis interrogatus quomodo ſcit, reſpondet quia certum eſt, certe non probat: quia non deponit per ſenſum corporeum. poteſt enim certum eſſe ex uehementi opinione, quę poteſt eſſe falſa, ut l.cum quidam.§.quod dicitur.de acquir.hęred. Bar.in l.ſi quis ita.ff.de teſta.tutel.

* Teſtis depoſuit talem poſſediſſe talem fundum: interrogatus de cauſa, dicit, quia vidi, an ſufficit. fac.gl.in l.ob carmen.§. fi.ff de teſti. quod ſic.& Inn. c.cum cauſam.extr.de teſti. ſed quid ſi dicit, talis tenuit de facto talem, an probet? ibi dicit quod ſic. ſed quid ſi interrogatus de cauſis ſcientię dicit qa vidi, an probet? Inno. vbi ſ̄.quod ſic.

* Teſtis qualiter debeat interrogari & deponere ſuper dominio alicuius rei, notat Bartol.in l. qui teſtamento. §. & veteres. ff. de teſtam. & l.1. ff.de his quæ in teſta.delen. Ray. in l.Titiæ.de ſolutio. & l. quidam in ſuo.de conditioni.inſti.

* An in publicatione teſtium debeant iterum eſſe alij teſtes, quam illi quorum teſtimonium publicatur? Bald.in l.iuriſiurandi. C.de teſti.dicit ꝙ ſic. allegat ad hoc gloſſam in l.ſolam de teſti.& remittit ad nota per ipſum in l. geſta.de re iudic.

* An poſsint produci etiam poſt aperturam & publicationem ubi dicta ipſorum ſunt nota iudici non parti.no. in cap.cum clamor.de teſti.& glo.in l. cum de indebito.in prin.ff.de probat Bartol.in repetitio.auth.at qui ſemel. de probat.

* Iudex vel notarius qui manifeſtat dicta teſtium partibus ante quam ſint publicata, incidit in pœnam falſi.l.j.§.is qui depoſitam de falſis. Dynus & Iaco.de Are.

* Quomodo quis poſsit teſtificari de officio ſuo, Inno.in c. non fine.de arbi. Bar.in l.deferre.§.1.de iure fiſc.

* An vſurarius poſsit eſſe teſtis in teſtamento. Bal.in l.j.C.de teſta.

* An per

* An per teſtes ſingulares poſſit probari quem fore vſurarium manifeſtum. Bal vbi ſupra.

* An ille qui accepit pecuniam mutuo ab nſurario poſſit contra eum teſtificari, Bal.in l.dictantibus.C.de teſta.

* In l.ſolam.C.de teſti.an ſit bona redditio cauſæ ſcio quia ſcio, vel ſcio quia ita eſt. Reſpondeo ꝙ non, quia per ipſam nihil habemus vltra dictum. vñ dicere eſt eſt, vel non non, non eſt aliud dicere niſi ſimpliciter ſine ratione, cap.& ſi Chriſtus.de iureiuran.fa.l.pro hærede.& l. ſeq. de petitio. hæredi. vbi do talem doctrinam, ꝙ omnis cauſa ſiue ratio aut eſt a priori, id eſt ab initio, aut a poſteriori, id eſt ab effectu, aut eſt ex quadam continuatione, vt in pſcriptione. oratio ergo quæ ſignificat cauſam, eſt quædam ꝓpoſitio nõ denotata per ſimplicem affirmationem, vel negationem.

* Quæro nunquid de æſtimatione rei credatur teſti ſine redditione cauſæ & rationis loquor quando non eſt interrogatus de cauſa. Bal.in l.2. de reſcinden.vendi. de hoc Bart.in tractatu ſuo teſtiũ dicit, ꝙ quandoque creditur quandoque non creditur. nam vbi requiritur diligens inquiſitio & perſpicax examinatio de æſtimatione, vt puta de æſtimatione fundi vel domus, non creditur ſine redditione cauſæ: ſi autem non requiritur diligens inquiſitio, ſed talis examinatio cadit in capite cuiuſlib et generoſi hõis, vtpote valor furti, vel aliarũ rerũ, tunc creditur ꝙ probat ſine redditione cauſæ: vnde ſi dicit talem rem communiter valuiſſe tantum in tali tempore, licet non adijciat ꝙ uiderit tanti emi vel vendi, communiter ſtatur teſtimonio eius, ſecundum eum.

* Item quæritur, vtrum teſtis qui dicit ſe vidiſſe aliquem præſcripſiſſe probat præſcriptioné. Bar.dicit ꝙ ſi teſtis dicat ſe uidiſſe tãto tpe, poſſidere ꝙ eſt præſcriptum, probat. ſi talis eſt præſcriptio, in qua non requiritur titulus: alias ſecus. Ego dico quod præſcriptio non probatur ex ratione teſtis, ſed ex ratione legali. vnde teſtis probat precium quod eſt facti, præſcriptio autem nõ probatur per viſum teſtis, quia eſt inuiſibilis, ſed ex præſumptione reſultat. vnde incongrue dicit ſe vidiſſe præſcribi, niſi ponatur uiſus pro intellectu: & tunc potius eſt iudicium quam teſtimonium. ſi ergo dicit ſe vidiſſe poſſidere longo tempore, probat poſſeſſionem talem: ſed ſi dicat ſe vidiſſe præſcribi non expreſſo de poſſeſſione, non probat, quia deponit non de iure, ſed de facto. facit quod notatur in l.ſtipulatio. §. 2. quoque.ff.de uerbo obli.& c.fraternitatis.extr.de teſtib.per Ioan.Andr.in nouel.cum ibi nota.

* Quæro quomodo poteſt probari ciuilis poſſeſſio per teſtes, cum non poſſit ratio ſcientiæ uiſiuæ reddi, cũ ciuilis poſſeſſio non uideatur. Reſpondeo inuiſibilia cognoſcuntur per ea quæ uidentur. unde per actus congruentes tali poſſeſſioni probatur talis qualitas eius. ut extr.de priuileg.c.cum olim per Inno.l.litibus.C.de agrico.& cenſi.l.Titia.de ſolutio.7.q.j. pontificem l.2.de ſeruitu.& aqua.

* Quid ſi teſtis reddit cauſam per credulitatem, an probet? Reſpondeo, ſi talis credulitas eſt cauſata à ſenſu inferente credulitatem, probat: aliàs non l.j. de uent.inſpi.capitu. literis. ext. de præſumptionibus. ex hoc not. quod hoc uerbum credo, non deſtruit teſtimonium cui adunatur alia congrua ratio.

* Quid ſi teſtis prius annectit rationem quam dictum, dic ut ſuprà dictum eſt.

* Item quæritur an per rationem uiſus poſſit reddi ratio de quolibet ſenſu, Dicunt quidam quod ſic, quia ſenſus uiſiuus ponitur pro quolibet ſenſu. ut l.teſtium.j.eo.& idem dicit Bart.in ratione, ſcio quia tetigi. nam tactus ponitur pro omni ſenſu ex cõi uſu loquendi. ergo ſi teſtis dicit, ꝙ fuit poſt tertium ſonũ campanæ interrogatus quomodo ſcit, reſpondet, quia uidit, uel quia tetigit, per talem rationẽ probatur ſonus: & ſic per unum ſenſum probatur alius ſenſus, & comprehenditur differentia & notitia ſenſuum ꝙ eſt ꝯ naturalem rationem: quia quilibet ſenſui reſpondet proprium ſenſibile ſiue obiectum, ut not. Inno.in dicto cap.cum cauſam.& not.Bart.in l. diuus.de militari teſtamento.fac.l.qui teſtamento.§.fin.ff. de teſtam. ſi tamen eſt ſenſus multum affinis ſenſui uiſus, & de quo homines communiter loquerentur. ita tunc poteſt teſtimonium ſuſtineri, quia tunc ratio poſſet adaptari.

* Quid ſi teſtis dicat aliquem feciſſe aliquid ad ſui defenſionem, & nõ fuit interrogatus de cauſis ſcientiæ, an probet. & uidetur, quod non, quia iſtud nõ poteſt conſtare teſti de plano. ſed per multas circunſtantias, ut notatur in l.j.C. unde ui.Bart. conſuluit contrarium. nam ſeſe defendere eſt quædam neceſſitas quam teſtis potuit uidere ineſſe per coarctationem loci, & temporis, & per imminens periculum. unde iſtud non eſt iudicium intellectus, quia uiſus eſt cauſa proxima & immediata huius iudicii, & oculata fide apprehenditur quare huic dicto ſtatur, per glo.huius legis. & ita tenet Bar.in conſilijs ſuis in conſilio quod incipit, quidam maſiolus.

* Item dubitatur de teſte qui ſuper ætate interrogatus reſpondet per aſpectum corporis. Bar.dicit ꝙ non probat, quia in aſpectu poteſt quis decipi, & quia potius eſt iudiciũ quã teſtimonium. ita dicit in conſilio 85. quod incipit, In quæſtione.& hoc tene, ſed meliori ratione, quia ſi ſententia lata ex aſpectu nõ ꝓbat plene neq; ergo teſtimoniũ ex aſpectu. l.minor 25.annis. ex aſpectu.ff.de minori.facit quod not. Bart. in l.de ætate.ff.de mino. uide circa hoc Io.An.in titulo de teſte.ubi ponit ad ꝓbandũ ætatẽ conſilij mei.

* Item teſtis deponens de negligentia, quia uilla neglexit capere malefactorem, & interrogatur de cauſa, an probet. Bart.quod non, quia negligentia non ſentitur nec uidetur unde deponens teſtis non deponit de aliquo ſenſibili, nec per aliquod ſenſibile: ergo non probat. ita dicit Bar.in conſilio ſexageſimotertio. quod incipit, chariſſime domine. Circa hoc uide Bal.in l. cum hi.§.ſi integ.de tranſac.& Io.And. in c.cũ cãm.de teſti. in ꝯriũ facit ꝙ no.s.e.in fi.gl. dum dicit ſimpliciter affirmatio, &c. ſed non ob. quia leges allegatæ non loquuntur in teſte: quod eſt notabile. Item ſcias ꝙ ſuſpecta ratio ſuſpectum facit dictum.ext.de cauſa. poſſeſſio. cum eccleſia.

* Quæro, quando iudex habet arbitrium de iure & de facto, an poſſit credere teſti malam uel nullam cauſam reddenti? Credo ꝙ non. quia bonus uir eſſe debet, licet cum arbitrio, & non temerariè, non fundans ſe in ratione. [illegible]b.obli.l.ꝯtinuus.§.cum ita. ſi tamẽ ratio non eſſet plena, tamen per [illegible]oteſt conſcientia ſua inhærere non ratione arbitrij. argu. c.ſtatutũ. de reſcript. cum æterni. Iſtud etiam arbitrium operatur vt poſſit recipere teſtes die ferieta, & iuris ordine prætermiſſo. hoc enim operantur illa verba, de iure & de facto, quaſi dicat ad inſtar arbitratoris a lege deputati. arg.not.per Inno.in c.quintauallis.de iureiur.& clem.j.de offic.deleg.Bar. in l.filiusfam.ff.de donat.Ba.vbi s̃. vide etiam ad hoc ea quæ notauit Bald. in l.conuenticula. de epiſc.& cle.

* In l.teſtium.ff.de teſtibus. Quid ſi teſtis interrogatus dicit, vera eſſe interrogatus quomodo ſcit, dicit quia vidit, & tamen eſt talis actus, qui non poteſt videri: ut ſermo hominis, vel quod conſiſtit in odore. vel guſtu, an ſit legitimum teſtimonium? videtur ꝙ non, quia talis cauſa & ratio eſt inepta & impertinens, quia non eſt expreſſa per talem ſenſum qualis requiritur. In contrarium videtur, quia dicunt doctores quod nomen niſus eſt generale pro omni ſenſu: & eſt ratio, quia continetur diſcretio quæ ineſt cuilibet ſenſui vnde dici poteſt quod genus ſit uiſus quod repræſentatur in qualibet ſpecie ſenſuum. Quidam tenent quod hoc verbum uiſus, probet non ſolum in eo quod uidetur, ſed & in eo ꝙ per ipſam diſcretionem ſentitur. dici poteſt quod in actu in quo uiſus & alius eſt cõiunctus ſenſus, eſt bona ratio & cauſæ redditio, ut in ſtipulatione ubi videre perſonam ſtipulantis eſt coniunctum cum verbo andire: ſed ubi eſt omnimoda differentia, tunc ſecus: quia de uno ſeparatorum non infertur ad aliud.l. ſi maritus. de dona.inter uirũ & uxor. vnde per uerbum viſus, non redditur ratio guſtus, quia ſunt omnino differentia. Quid ſi dicat, ſcio, quia ſenſi, uel percipi per ſenſum corporeum? uidetur quod iſta ſit bona ratio, ſi ulterius non eſt interrogatus, quia videtur intellexiſſe de ſenſu congruo & apto ad talem apprehenſionem ueritatis. Contrarium dico ratione nimiæ generalitatis & obſcuritatis, & idẽ dico ſi teſtis dicit uera eſſe per tactum, quia tactus eſt in omni ſenſu, nam dicit Ariſtot. quod omnis ſenſus eſt tactus, in 2.de anima, ubi loquitur propriè de obiecto tangibili.& Inno.in c.cum cauſam.extr.de teſti.Bal. etiam dicit in l.j.ff.de his quæ in teſta.delentur. ꝙ triplex eſt uiſus.

* Quid ſi minor poſt publicationem teſtium petat ſe reſtitui, ut teſtes producat. Bart.in l.j.§.nunciatio.ff.de oper.no.nunti.& l.minor.ff.de minor.& l. ubi.de edend.ponit & quærit an poſſit. Quid de ruſtico & muliere, not.in l.j. Quid ſi minor reſtituitur, an eodem modo aduerſarius ſuus maior poterit etiam ipſe producere, Bart.ubi s̃.

* Quid ſi publicatis atteſtationibus reperitur omnes teſtes dixiſſe ſe nihil ſcire, an non obſtante publicatione poterit iterato pars alios teſtes producere? Videtur quod non. per Nicola. de Neapo. decima collatio titulo. quid ſit inueſtitura. qui dicit ꝙ ſic, per illum text.

* In l.Celſus de uſucap. quid ſi teſtis dicit, quod talis poſſedit à 10. annis citra: dic quod non probat.l.j.§. quod autem. de aqua quotidi.& æſtiua. ſecus ſi diceret à decem annis.& citra, ut c.licet.de prob per Hoſtien.& Io. And.in nouel.ſuper uerbo, & citra. idẽ eſt ſi teſtis dicat poſſedit iſtis decẽ annis proximis. nam iſta propoſitio etiam uerificabitur ſi una die dicti tẽporis poſſederit. & ſic non probat, ut dicto §.quod autem. deber ergo teſtis dicere a decem annis citra, & per ipſum tempus: uel poſſedit per tempus decem annorum proxime præteritorum. hoc enim dicto perfectionem totius temporis ſignificat. ut l.urbana.§.pernoctare.ff.de uerb.ſignifi. idem ſi teſtis dicat, talis poſſedit iam ſunt decem anni, iſte non concludit quod modo poſſideat de neceſſitate, ſed conſequenter eodem modo quo ſupra dixi quia ipſo allegante poſſeſſionem præſumitur continua poſſeſſio ciuilis, ut dixi s̃. Item tu reus qui inducis præſcriptionem ad tui defenſionem, facias articulũ ꝙ tu poſſediſti per decem annos proximè elapſos, & finitos tali menſe & die, ita ꝙ concludas tempus elapſum ante litis conteſtationẽ uel ante litem motam. nam ſi aliter formaretur, & teſtis poſt litem conteſtatã diceret talem poſſediſſe per 10. annos proxime elapſos, intelligeretur a die redditi teſtimonij, & ſic concluderetur tempus ꝙ poſt litis conteſtationem fluxit, nec eſſet probata præſcriptio. dicebat Goffredus ꝙ ſi teſtis diceret poſſedit per decem annos & ultra quod iſtud ultra importaret illud tempus iudicij, arg.l.hæc adiectio.de uerb. ſignifi. & in hoc reſidet Io. An. in dicto c.licet.de probatio. quod non placet qa cum hæc adiectio ultra, & plus, ſit incerta in teſte, nihil operatur, l.cum furti.ff.de in litem iuran. Aduertat ẽt aduocatus actoris qui allegat præſcriptionem ad fundandam ſuã intentionẽ, cũ articulet ſe poſſediſſe per decem annos finitos tali tempore uel inchoatos tali tempore, ut ſic ſe ad certum tempus referat: alias ſi teſtis diceret uidi poſſidere per tempus decem ann. non conſtaret qui eſſent illi decem anni. potuit enim eſſe ꝙ illi teſtes ſenſerunt de decem annis ante titulũ, uel unus de decem & alius de alijs, & ſic probatio dubia non releuat probantem, ut in c.in præſentia, de proba.& inter ſtipulantẽ. §.1. de uerb. obli.Bar.in dicta.l.Celſus.

* Teſtis productus in cauſa ciuili an poſſit ab eiſdem articulis produci in cauſa criminali, & econtra? & nunquid alij teſtes ſuper eiſdem articulis in cauſa criminali produci debeant: Bartol. in l. 2. §. hæredes. ui bonorum rapto.

* Dicta teſtium ſunt interpretanda in mitiorem partem. Inno. in c. eam. de reſcri.& in dubio contra producentem, ut ibidem per Hoſti. in c. dudum de electïon.fac.l.fi.de prætor.ſtip.

* Nota quod poſt mortem teſtium poſſumus opponere contra perſonas ipſorum. Inn.in ca.quoniam frequenter. ut lite non conteſta.

* An teſtes debeant cognoſcere ꝯhentes.no.in auth.de inſtrum.caute.ſi quis &c.& l.3.de teſti.& ca.cum cauſam.de teſti.Bald, in l.fin.§.ſin autem.C. de iure delibe.

* Nota ꝙ ſi plures ſunt teſtes non idonei, uel non multũ boni, ꝙ multitudo ſupplere debet ꝙ in fide deficit.l.3.§.eiuſdem.de teſti.

* An ualeant teſtes recepti per aliquem iudicem contra abſentem, citatum tamen ad domum, ſed non comparentem. Io.And.in nouella, in reg.præſumitur.de re.iu.lib.6.

* Nota ꝙ poſtq̃ pars induxit teſtes ad reprobationẽ teſtiũ alterius, nõ põt pœnitere ꝓducens: nã cũ ꝓ utraq; parte iurẽt.14.q.5.nõ ſane. poteſt eſſe ꝙ ea dicerẽt iſti teſtes reprobatorij q̃ potius facerent ad cõfirmationẽ ſuorũ teſtium, q̃ ad reprobationem. ita no.Inn.in c.præſentium ext.de teſti.

* Item nũquid ille qui proteſtatus eſt ſe uelle dicere ꝯ teſtes, poſſit à tali proteſtatione recedere.no.ibid.

* Quæ differentia eſt vtrum dicam teſtes corruptos falſum dixiſſe, an dicã ſolum falſum dixiſſe. Bar.in l.diuus.de re iudic. & l.ſi cui.de fun d.inſtruct. & inſtrum.leg. Bal.in l.prima.C.de condict.indebi

* Quæritur, pone ꝙ quidam petit ſe in integrũ debere reſtitui ꝯ ſententiam, allegans dolum:& corruptionẽ:puta quia teſtes dicit corruptos falſum dixiſſe:modo probat de falſitate, ſed non de corruptione, an ſufficiat.Barto. dicit quod non ſufficit alterum probare: & ſubdit ꝙ tunc videtur ſe adſtringere quando loquitur per adiectiua: quia dixit corruptos falſum dixiſſe:ſecus ſi loquatur per copulam. vt ſi dicat, ꝙ fuerunt corrupti & falſi: quia tunc non deducit connexe: ſed copulatiue, ſm eũ.ſed Io.An.in dicto c.licet.in nouella dicit, ꝙ cõnectere & copulare idẽ ſunt. Tu dic ꝙ non vr ſe adſtringere,l.ſcio.ff.de appellatio.& de prob.l.circa.non obſ.c.licet.quia ibi erat adſtrictio legis & hominis.nã ſi non excepiſſet, & verũ non fuiſſet admiſſum ad opponendũ ꝯ perſonas: cũ iam per papam eſſet interlocutũ ꝯriũ:& ſic non obſtat obiectio cũ de corruptione eſt obiectum in perſonã ẽt ẽ obiectio de falſo & obiectio ĩ dictũ, ut l.ſi qs.de teſtib.ubi do tibi iſtã regulã,ꝙ ad qualitatẽ probandã non adſtringit ſe niſi tunc vbi qualitas uitiat ſpeciem actus vel exceptionẽ, vel facit aliquem admitti ad id ad qđ alias non admitteret.Item do tibi aliã regulam,ꝙ qñ plura requirunt loco cauſe finalis vnius,tunc omnia ſunt probanda cõnexim, ut in auth.de fideiuſſor.§.ſed & hoc ſi quidem verſ.cũ vtrq;:ſecus ſi reſideant plures cauſæ finales,ut no.in c.vt circa.de electio.lib.6.in verſi.probare.nota ꝙ in criminali ſe adſtringens ad ea quæ non ſunt de natura punitionis nihil agit,ut d.c. licet cauſam.in glo.credi. Bal.

* Quomodo & quando poſsim reprobare teſtes per me productos.Inn.in c. cum venerabilis.de exceptio.

* In l.qm̃ liberi.de teſt.Bal.quærit quomodo poteſt probari coniuratio.Reſpondeo hoc caſu probabitur per ſocios.c.fi.ext.de teſt.cog.

* An teſtes recepti in cauſa ciuili, valeant in cauſa criminali,no.in l ſi quis ad ſe.ad l.Iul.de vi.C.

* In l.imperator Adria.de ſta.hom.quærit Bald.an mulier pręgnans cogaur venire ad teſtificandum? dicit ꝙ non allegat l.2.§.ſi uero propter ualetudinem.ff.ſi quis cantio.hoc uerum, ſi propter iter eſt periculum quod deponat partum alias ſecus.

* An eadem ratione coram iudice comparere teneatur.Iaco. Butr.ubi ſ.& dicit quod non.

* Quid ſi teſtis iurat ſe nihil ſcire de cauſa, an debeat admitti? Nicola.de Neapo.in l.ſi victum.de re iudi.

* An liceat Iudici recipere teſtes volentes corrigere errorem ſuum.in l.ſi poſtulauerit.§. ideo.de adul.& l.repeti.in prin. ff.de quæſti. & l.quicquid adſtringendæ.de verb.obli.per Bart. Iac.Butr.in l.fi.C.de teſt.& auth.at qui ſemel.de probat.Bal.ibi,in dicta auth.

* De teſtibus ſingularibus plene no. Bal. in l.teſtiũ. de teſti.& in l.de quibus de legi.vbi quærit an per teſtes ſingulares probetur iuriſdictio vel conſuetudo & nota ꝙ illi ſunt ſingulares qui non poſſunt in ſuis depoſitionibus ſimul iungi: & hoc contingit propter diuerſitatem quę poteſt contingere in oĩb.prædicamentis: ſed illi non ſunt ſingulares, quorum depoſitiones licet diuerſæ,poſſunt tñ ſimul iungi ad vnũ quid probandũ. Et primo ponitur exẽplũ in prædicamento qualitatis, vt vnus dicit purè alius ſub ꝯditione: vnus ſingulariter,alter ſubalternatiue:& apud legiſtas qualitas eſt quicquid inducit alternationem ſubiecti ſiue loci ſiue tẽporis ſiue quodcunq; accidens,l.aut facta.§.qualitas.de pęnis.Et in cæteris prædicamentis ponit exẽplum. Item quærit quid ſi teſtes deponunt idẽ dictũ: ſed ſunt varii in ratione, an ſint ſingulares. Bal.ubi ſ. Iac.But.in l.ob carmen.§.fin. de teſti. Item qñ teſtes inducuntur ad probandum unum quid certum,ſi eſt ita quod non poſsint eſſe plura facta,ſed unũ ſolum, ut homicidiũ,& tũc ſunt contrarij ratione connexitatis.idem in probatione iurium,ſi teſtimonia ſint incompatibilia.c. licet cauſam extra,de proba.ſecus ſi poſſunt eſſe plura facta. nam tunc ex differentiis iſtis & ſimilibus efficiuntur ſingulares.no.Bar.in l.Labeo.de ſupellect.leg.& l.j.in fi.ff.quẽadmodũ teſta.aperi. & ſubdit ꝙ in quolibet prædicamento pót reddi ratio entis & nõ entis.& ſi teſtes cõgrua interpretatione verborũ poſſunt interpretari, nõ præſumuntur eſſe ſingulares: ſed ſi interpretatio eſt cũ quadã ſuppletione,licet non pręſumat falſitas, tñ nõ probant. ut c.cũ tu.de teſti.In prædicamento carentiæ.l.2.C.qñ fiſcus vel priua.& iſte nihil habet quod nõ ſenſu,ſed opinione vicinorũ ꝓbat:vnde fama ꝓbat inopia. Itẽ maleficiũ in obſcuritate noctis cõmiſſum eſt difficilis probationis,ut l.ſi cũ except.§.in hac.ff.quod met.cauſ.& præcipue qñ ſubiacet omnium ſenſui, vt puta viſus,auditus, tactus, odoratus & guſtus. Bal. ubi ſ. Cynus in l.fi.C.quæ ſit long.conſuet. & l.j.C.de emanci.lib.& in Spe. de inquiſi. §.primo.verſi. quid ſi vnus teſtis.Gofr.ext.de teſti.§.ſed quid ſi agatur.& in Spe.de inquſitio.§.nunc tractemus.verſi.quod ſi vnus teſtis dicit Iac. Bu.& Cynus.in l.teſtium Bal.in dicta.l.prima. C.de teſti.& Iac.Bu.in l.ob.carmen.§.fi.ff.de teſti.vide eundem Bal.in l.prima.C.de teſtam.

* Quando opponitur teſti quod eſt infamis, debet adiici ꝙ tempore quo depoſuit,ſic habebatur: & reputabatur, nec ſufficit ſimpliciter opponere:& dicere ꝙ tempore quo depoſuit,erat infamis.Bar. de hoc in l.j.C.de teſta. idem dicit de exceptione quæ fit contra iudicem,ubi ſ.

* An notarius cõputetur in numero teſtium.nota. in l.Domitius.ff.de teſta. & l.hac conſultiſsima.C.qui teſtam.face.po.Bal.ſic dicit,ꝙ vbicunque requiritur numerus teſtium. ſi probatio debet fieri per ipſos teſtes. & non per ſcripturam,tabellio debet eſſe in numero teſtium.& ita debet intelligi l.Domitius.ſi autem probatio debet fieri per ipſam ſcripturam, tunc tabellio non eſt in numero teſtium.Bal.

* Si teſtis non vult venire ad deponendum in aliqua cauſa,forſan criminali,ad inſtantiam alicuius, vel forte timore, iudex poteſt procedere contra ipſum teſtem, ꝙ accepit pecuniam ob teſtimonium non deponendum: & ob hoc poterit condemnari de falſo, & ſic timore veniet ad teſtificandum Bar.in l j.in prin.ff.de falſ.

* In l.nullum.C.de teſti.dicit Bald.quòd varians & vacillans debet puniri, quod debet intelligi quando variat in iudicio dicendo modo aliquid ſe ſcire modo neſcire, mõ plus ſcire, mõ minus ſcire.l.qui varia.ff.e.ſed qđ ſi extra iudicium dicit vnum,& in iudicio dicit aliud.Bar. dicit ipſum puniri,in l.eos.de fal.gl.in d.c.cum cauſam. ext.de teſti. dicit quod dictum in iudicio valet,quicquid extra iudicium dixerit.hoc tenet Bal.

* Item no.ꝙ teſtis qñque ꝯmittit fraudem, & qñque committit falſum: primũ ꝯmittit in tacendo vel in loquendo verſute, non dicendo plene factũ, vt l.Lucius.de his qui not.infa. ſecundum cõmittitur in loquendo, & vtrobique debet puniri, vt hic,& l.presbyteri.C.de epiſ.& cler.

* Item nota ꝙ teſtis periurus punitur ex officio ex eadem inſtantia.& quærit gl.an poterit iterato accuſari de falſo.gl.dicit quod ſic,& idem Bal. licet Cynus contra.

* Item nota ex verbo, intrando ſecretũ, ꝙ teſtes ſunt examinãdi in ſecreto, ſed in publico ſunt publicandi,l.ſolã.C.e.dicit Nicol. Mata. ꝙ in factis arduis ꝯſilium eſt ꝙ examinẽtur teſtes corã perſonis fide dignis. pro hoc fac. l.curent. ff. eo. quod prodeſt ne poſsit dubitari an notarius ſcripſerit verũ necne:tñ iſti teſtes debent iurare tenere ſecretũ, ar.l.ſi quis aliquid. §.iuſta. ff.de pœnis.ſed qđ ſi in publico aliquid eſt factũ, & eſt iuratũ tenere ſecretũ,quomodo poterit illud probari.Io.An.in c.literas. de prob. dicit quod ille qui vult illud probare,aut eſt falſus, quia mentitur, aut periurus, quia reuelat,& ideo ei non creditur.

* Quæro quomodo poterunt puniri clerici a iudice laico? Reſpondeo, eſt ſpeciale:quia delinquendo in iudicio adſtringunt ſe foro.

* Quid ſi iudex Peruſinus coram quo vertitur quæſtio de neceſsitate iuris, remiſerit examinationem teſtiũ iudici Florentino,de conſenſu partium,& is qui teſtis receptus eſt, Florentiæ commiſit falſum, modo quæritur quis iudex eũ puniet?dicit Bal.ꝙ iudex Peruſinus põt eũ punire ẽt inquirendo, nã teſtimonium iſtius teſtis ẽt aures iudicis Peruſini offendit,& hoc operatur fictio,ſcilicet ꝙ delictum commiſſum ſit in territorio Peruſino.Itẽ nunquid punitio facta à iudice Peruſino excludat iudicem Florentinum.Iaco. de Bel.diſputauit in ſimili,& tenuit quod ſic,de quo Cynus in l.j.C.vbi de crimine agi oportet.

* Item quærit quid de nuncio qui retulit ſe citaſſe extra territorium, cum non citauerit,nunquid poterit puniri extra,ſi eſt intus. Bal. dicit quod nõ, vide ipſum qui multa dicit.

* Vide circa materiam teſtium not.per Bal.in auth.ſed iudex.cum l.presbyteros.& l.conuenticula.C.de epiſc.& cler.vbi multa de teſtibus, & Bart. in tracta.de teſte.

* Nota ꝙ impuberes poſſunt eſſe teſtes non ad puniendum, ſed ad inquirendum.notatur in l.fi.C.ad Sillan.Bar.in l.maritus.ff.de quæſtio.

* An periurus habeatur pro falſo,Bal. in l. iuriſiurandi. de iureiu. & dicta l. Lucius.Alberi.in dicta l.iij.§.lege.

* Nota ad ſaluandũ aliquando dicta teſtium qui loquũtur obſcure & improprie, Alberi.in l.ſed & ſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero.de iureiu.Bart.in l.ij. de his qui ex publicis ratioci.lib.x.

* An producens teſtes de alia iuriſdictione teneatur eos nominare. Alber.in l.non ex omnib.de arbi.no.in l.iij.§.lege Iulia.ff.de teſtib.

* Teſtis debet deponere de veritate, & non de credulitate. & pro utraque parte debet deponere.& Bar.in l. is qui putat de acq. hære. & quis dicatur credere,& quæ ſit iuſta cauſa credulitatis,Bald.in l. cum quidam.§.j.de acqui.hære.

* Quid de uſurario,periuro, & criminoſo,Albe.in l.teſtium.& l.in teſtibus. ff.de teſtib.

* Teſtis dicit,verum eſt ꝙ eſt conſuetudo, interrogatus de rõne, dicit quia ſic vidit practicari, id eſt audiuit, interrogatus ſi potuiſſet fieri ꝙ neſciret: dicit quod ſic.an probet,Bar.quod ſic in l.de quib.de legi.

* Teſtis vnus dicit ante guerram,alius vero poſt guerram: de hoc per Bart. in l.ij.ſi cer.pe.& l.qui ante Kalendas.de verb ob. Bald.ſuper commento. circa fi.de pace Conſtan.dicit ꝙ dictum Bar.eſt trufa.Bal. in l.inſulam.ſol. mat.dicit,quod concordia teſtium eſt facienda ſolum eo caſu quando ſunt in pari numero,per Inno.

* Teſtis primus dicit,ꝙ tale quid fuit in præſentia quinque teſtium,& nominat ipſos.Deinde ſecundus dicit ꝙ fuit in præſentia plurium,ſed non nominat ipſos, an præſumantur illi teſtes qui fuere nominati per primum. Io. An.in c.qualiter & quando.de accu.& idem Inno.ibidem.

* Teſtis reddit rationem, q̃a ſum vicinus, valetne,Bal.in l.conuenticula.de epiſ.& cle.vbi aliter dicit quam Bar.& no.in l.j.ff.ſi certum pet.

* An proxeneta poſsit eſſe teſtis in cauſa ſui officij.glo. in auth. de teſti.§.qm̃ vero.& c.j.de teſti.lib.6.Bal.in l.omnib.C.de teſti.& Cyn.in l.j.C de falſ.

* Teſtis deponens de credulitate an probet, Alber.in l. ob carmen.in fi.ff.de teſti.& l.ſi arbiter.ff.de proba.

* Quando teſtes dicunt vnum eundemque præmeditatum ſermonem, Bal. in j.conſti.C §.fi.Alberi.in l.teſtium.§.idemque.ff.eo.tit.Bal. in conſtitutione.de pace Conſtan.limi.hoc.

* Teſtis ſecundus depoſuit ſic, dico per omnia vt dixit primus, an probet. Alberi.in l.ædiles.§.loquuntur ædiles.de ædil.edic.& l.fi.C. de precib.Impe.offe.& l.j.de condi.indeb. licet Spe. teneat contrarium.de hoc per Alb. in l.deinde.de liberis exhiben.& Albe.in l.de minore.§.tormẽta. de quæſt. & in l. iuriſiurandi. C. de teſti. Dominus Bal. in commento ſuo quod fecit ſuper pace conſtan.circa fin.Bal.in l.ex facto.in fi. de vulg.& pup.Spe.in ti. de teſte.Bald.in l.ampliorem.§.pen.C.de appel.Io.An.in c. Archid.ob. de ver.ſig.in nouel.

* Quid ſi teſtis tradat ſcripturam in qua ſit teſtimonium ſuum,& dicat ſic, iſta eſt veritas,in c.per tuas.de teſt.tenet quod hoc non ualet.vide ſ. verſi. an iudex qui examinat,&c.

* Teſtis primo dixit vnum, deinde in eodem iudicio, vel in alio dixit ꝯriũ, cui dicto debet ſtari?Inn.in c.veniens.ext. de teſti.in vltima columna, videtur dicere ꝙ nulli ſtet,& vt falſarius puniatur. Contrarium videtur ſentire ꝙ ſtetur ſecundo dicto,ext.de accuſatio.ca.cum oporteat. in fine.ſecũdæ columnæ.ſed ꝙ uideatur ſtari primo dicto,& non ſecundo, videtur ſentire gl.in c.per tuas.ext.de teſti.& Albe.in l.qui falſa.de teſti.& quod no.in auth.at qui ſemel.de proba.

* Teſtes aſſerentes uidiſſe uno ictu Titium committere adulterium, licet uiderint ſucceſsiuę unus poſt alium, non dicuntur depoſuiſſe falſum.

argu.l.

arg.l. Arethuſa.ff.de ſtat.ho.quia ſimul dr̃ parere,licet pariat vnũ poſt aliũ.
* An poſt publicationem teſtium, ante tamen didicita teſtificata poſsint
produci teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel directo contrarijs. Ioan. And.
quod non.in clementi teſti.de teſti. & reſpondet gloſſ.in capitul. conſtitut.
el ſecundo.de teſtib.idem videtur dicere in capitul.fraternitatis.nona quę
ſtione tertia.in nouel.Bar.videtur tenere contrarium in auth.at qui ſemel.
C.de prob.vide Io.de Lign.in d.cle.teſti.& Inn. in c. vltra tertiam.de teſti.

¶ Bald. de Teſte.

SI tempore iuramenti teſtis eſt habilis,tp̃e depoſitionis inhabilis, vel ꝯ:
quid iuris? Reſpondeo. Conditio teſtis duobus temporibus inſpicitur,ſ.tẽ
pore iuramenti,ꝓꝑ ſolennitatem;& tempore depoſitionis,ꝓꝑ veritatem:
ſed media tempora non nocent.arg. ff.de hær.inſti.l.ſed & ſi in ꝯditione.§.
ſolemus.ff.ad Carb.l.3.§.duæ cauſæ. ver. quid ſi teſtis erat. in §.j. huius tit.
G. ¶ Sex differentiæ faciunt teſtẽ ſingularẽ, perſona,res, cã,locus, tp̃s : ſed
eſt diuerſitas in iſtis.Item circunſtantiæ, vbi teſt s debet interrogari de eis.
§.Iam dicendũ,ver.q̃d ſi vnus.G. ¶ Et tam teſtes actoris debent recipi, q̃
rei.j̃.de prob.§.teſtes.& nomina teſtiũ non tenetur q̃s dicere aduerſario.j̃.
de inſtr.ed. §. duplex. & caſus in q̃bus non ualet probatio, uide j̃. de inſtr.
edi.§.caſus.ſi teſtis dicit ſe nihil ſcire de ueritate & fama: & ideo poſtea de
ponendo ſuper fama,refert ẽt ad articulos non probatos: vide j̃.de ſen.ad
ſi.uer. illud no. ꝙ teſtis. Et aliam quæſtionẽ de teſte deponente ſuper fama
uide j̃. §. fin. ¶ An teſtes examinati ſuper prima cã,non tñ aperti, poſsint
aperiri per iudicẽ appłonis,an uero potius pereãt,uide j̃.de app.uer.an te
ſtes examinati. ¶ Frater in cã fratris p̃t teſtificari in ciuili : ſecus in crimi-
nali,& ſecus ſi habitarent ſimul:quia oẽs cohabitantes excluduntur. Nam
oẽs cohabitantes dñr domeſtici.uer.ſed nunquid frater. & uer.large dicun
tur.G.Et ſecus,ſi agitur iniuriarum:quia iniuria cõis eſt totius agnationis.
ff.de iniur.l.lex Cornelia.in prin.& C.ſi rector prouin.l.j.Bal. circa cohabi
tationẽ,uide Inn.in c.in literis.de teſti.Cy.& Me.C.eo.l.parentes, ¶ In cã
uniuerſitatis admittuntur ſinguli de uniuerſitate in defectum aliorũ teſtiũ.
uerſi.ſed nunquid in cã.G. hoc uerum,ſi cã eſt uniuerſitatis proprietate &
utilitate.ff.de ꝯhen.emp.l.ſed Celſus.Si aũt utilitate eſt ſingulorum:ut uſus
nemoris,uillæ tunc non eſt idoneus teſtis ille,qui hoc commodo uti debet:
q̃a cã ſua eſt.Facit quod no.ff.quod cuiuſq; uniuer.l.ſicut.per gl. & in l. nõ
tm̃.ff.de rerum diui. ¶ Procurator ꝯctus poteſt teſtificari pro domino.ff.
de iure fiſci.l. deferre. §. ijdem decreuerunt. Idem in procuratore iudicij,
finito officio. Vide eo.§.uer.ſed pone ꝙ adminiſtrator. G. ¶ Quod procu-
rator ꝯctus poſsit eſſe teſtis: adde Bal.in l.qui teſtõ. §.quæcũque. ff.de teſta.
¶ Impubes non poteſt teſtificari ad ſolennitatem actus, ſed factus pubes
poteſt teſtificari ad ueritatẽ de eo,quod cecidit in ſenſum impuberis.uerſi.
item excipitur,quod eſt impubes.G. Item ad teſtimonium impuberis pro
cedit iudex ad inquirendũ:& facit ſemiplenum indicium.C.ad Syl. l.ſi.q̃d
no.Bal. ¶ Religioſus non poteſt eſſe teſtis ſine licentia ſuperioris.uer.item
excipitur,ꝙ eſt monachus.& uer.itẽ ꝙ eſt.uer.& mo. ¶ Si teſtis dicit ſe in-
famen,elidit teſtimoniũ ſuũ,licet non ſit iuratus ſuper hoc : ut no.Inn.ext.
de accu. c.inquiſitionis. dicit Spe. ꝙ cautus eſt iudex q̃ ſibi ſuꝑ hoc defert
iurm̃.uer.quid ſi teſtis.G. Itẽ ꝙ tenetur quis rñdere,an ſit infamis. ẽm Iac.
§.iam de.per G. ¶ Si cã eſt coram iudice Peruſino, & teſtis examinatus in
ciuitate Senarũ ex remiſsione deponit falſum ibi : an iudex Peruſinus pu-
niet eũ? Dic ꝙ ſic:quia ipſe vr̃ offendi,qui habet exinde iudicare. ver. quid
ſi aliquis Bononien.G.Vide j̃. de iura.calum.§. ſi iudex. ¶ Si iudex ꝯmiſit
notario,ꝙ reciperet teſtes,& teſtis ab eo receptus accuſatr̃ de falſo : q̃ teſtis
dicit ſe non dixiſſe quod ſcriptũ eſt, an quo ad condemnationem falſi ſtet
dicto notarij? Et dicit ꝙ non.ver.ſed pone ecce.G. Tu dicut per Cy. C.de
fal.ſi q̃s decurio.q̃a ſi iudex fuiſſet præſens, magis præſumit̃ pro ſcriptura.
arg.C.de teſta.l.oium.Facit q̃d no.in l.j.in fi.ff.quẽadmo.teſta.ape.per Ia.
Bal ¶ Viſus,eſt quaſi ſenſus generalis. Idem Cy.& Iac.in l.teſtiũ.C.de te-
ſti.& l.nomen.Viſus oẽs ſenſus ꝯprehendit.Itẽ & ratio intelligitur.ver.itẽ
quod perhibuit.¶ Iurm̃ teſtis extendit̃ ad dependentia & connexa,non ad
extranea capitula. uerſ. itẽ quod depo. G. ¶ Super articulis male forma-
tis non põt aperte probare,nec ſupplere defectũ articulorũ.uer.quid ergo
capitula.G.j̃.§.poſitio. ¶ Si ago ex mutuo,& teſtes nõ probant de numera
tione mutui,ſed de ꝯfeſsione,non probant. verſic. ſed pone egi. G.Et facit
q̃d no.Accur.ff.depo.l.Publia.in fi.in gl.j.no.Et ideo in libello nõ eſt inten
tanda ſola numeratio, ſed numeratio & ꝯfeſsio, ẽm G. & hoc uerũ in mu-
tuo:q̃a in ipſo ꝯfeſsio eſt ſpecies:id eſt,modus & forma ꝯctus per ſe:ſed in
alijs eſt ſpecies probationis:q̃a in alijs ꝯctibus non orit̃ actio ex ꝯfeſsione,
ſed ꝓbatio:alias eſſet fruſtra:& ſpẽs probationis non eſt neceſſe ꝙ in libel-
lo exprimatur,ſed ſpecies ꝯctus ſic,ꝯ facit ff. de uer.ob.l. ſi ita ſtipulatus.§.
Chryſogonus.Sol.ibi non negabatur ꝯfeſsio,ſed numerationẽ factã fuiſſe.
Bal.Confeſsio enim eſt probatio : & qui probat ꝯfeſsionẽ, ꝓbat ꝓbationẽ
ꝓbationis immediatæ ad ipſum factũ. Vnde aliud eſt, ꝓbare ꝯfeſsionẽ, &
aliud ꝓbare per ꝯfeſsionẽ.Et ita intelligo illũ tex. Aſſumit̃ ergo nouus mo
dus & caſus,uidelicet ꝙ ſi notarius debitore approbante ſcripſit, q̃d debi
tor ꝯfitetur ſe ab eo mutuũ recepiſſe,non probat̃ numeratio, ſed mutuum
ciuile tm̃:niſi addiderit illã uerba:& idẽ habuit & recepit:ut no.j.gl.in l.ſi
ex precio .ſi cer. pet. & l.iuris gentium. §.q̃d fere.ff.de pac.& l.ſi ex cautio-
ne.C.de non nu.pec.Hæc autem uerba & habuit,& recepit: bene probant
numerationẽ notario teſtante.Secus aũt ſi ſola pars in ſua ſcriptura dome
ſtica hoc dicat : puta, quia ſcribit ſua manu ſe habuiſſe & recepiſſe,& ꝙ ha
buit & recepit.Nã inculcatio uerborũ eſt: & ſola ꝓbat̃ ꝯfeſsio? ut l. Caius.
§.fi.ff.de uſur.& Bar.in d.l.ſi ex cautione.Attende ẽt, ꝙ illa uerba habuiſſe
& recepiſſe,licet ſint præteriti pluſquam perfecti:tamen ſolum ad tempus
conditi inſtrĩ referuntur.Caſus eſt ibi,ſ.in §.Chryſogonus. Et ſi aliud dice-
remus,nunquam debitor poſſet probare pecuniam numeratã non eſſe:q̃a
adſtrueret negatiuam non coarctatam loco & tp̃e. Vnde omnis teſtis uo-
lens eam probare, diceret falſum, ẽm Innoc. in c. cum eccleſia Sutrina.de
cau.poſ.& propr. ¶ Quando dicatur teſtis uariare,no. in verſic. & not.ꝙ
dicitur teſtis uariare, G. Vide no, per Bart. C.de teſta.l.hac conſultiſsima.

§.penult. ¶ Teſtis, qui deponit coram iudice incompetenti, poteſt ꝯrium
deponere corã cõpetenti.ver.ſed quid ſi cõpertum.G.Vide ſimile j̃.de re-
ſcrip.præſen.§.primo igitur.ver.item excipitur ꝯ reſcrip.G. ¶ Si teſtis ad
miſcet falſum circa id quod tangit medullam facti,vel variat effectum non
valet in aliquo dictũ ſuum: ſecus ſi in tali falſo non mutat̃ effectus. verſ.itẽ
ꝙ aliquid de ſuo.G.Vide j̃.de lit.ꝯteſta.§.2. ¶ An filij cedentis poſsint te-
ſtificari pro ceſsionario. ver.ſed pone.mutuauit.G. ¶ Non præſumit̃ teſtis
rogatus, niſi deponat de rogatu. ver. ſed quid in p̃dictis.& verſ.quid ergo
ſub §.j.G.Teſtes rogare. nil aliud eſt, q̃ denunciare, vt aſsiſtant.ver.quid
ergo.G.ff.de teſta.mili.l.diuus. ¶ Si ſcriptura teſtamenti,vel depoſitio te-
ſtium,dicit teſtes fuiſſe præſentes:ſed nõ dicit eos fuiſſe rogatos, an valeat
teſtimoniũ,no in ti.de teſte.§.j.ver.quid ergo,ſi dicat̃ in teſtõ. G. ¶ An de
ꝯſuetudine ſit neceſſe,ꝙ teſtes inſtrĩ ſint rogati.verſi.Item ꝙ non fuit.Dicit
G.ꝙ licet de ꝯſuetudine generali ponat̃,tñ ad cautelam fieri intelligit̃.vide
j̃.de inſtru.edi.§.j. ¶ An officio iudicis poſsint recipi probationes lite nõ
cõteſtata?ſic in mercenario:ſecus in nobili,ſi tendit ad ꝯdemnationẽ, vel æ
quipollens.§.nunc tractemus.ver.30.G. ¶ Vbicunq; iura dicunt poſſe ꝓ-
cedi lite nõ ꝯteſtata,intelligit̃ altera parte abſente: ſed vtraq; parte p̃ſente
exigit̃ ordo iudiciorũ.eodẽ.§.ver.illud aũt. Alleg.gl.ext.qui filij ſint leg.c.
per venerabilẽ.G ¶ Valet hæc reſponſio, ſi q̃s interrogatus reſpondeat,
credo vt in tali inſtr̃o ꝯtinet̃, in § qualiter.ver. quid ergo.& ver.ſeq.G.&
vide j̃.de inſtr.edi.§.ita reſponſio. ¶ Ante aperturam teſtiũ p̃t fieri milleſi-
ma productio teſtiũ, niſi iudex refrenet ratione numeri teſtiũ, vel niſi pars
renunciauerit vlteriori productioni.in §.qualiter.verſi.4.aũt.ẽm Vincen
G.¶ Termino dato ad producẽdos teſtes, ſatis fit, ſi teſtes iurant.verſic.is.
quoq;. ¶ Poſitiones & articuli ſunt ſumendi de mẽte libelli.in §.ſequitur.
verſi.ſciẽdũ.G. Et hoc vr̃ uerũ in actore:ſecus in reo. vt j̃.de poſition.§.
forma.vide j̃.de dila.§.j. ¶ Debet dari parti copia articulorũ.verſ.ſiue igit̃
& ibi tractat de termino ad articulandũ.G. ¶ Articuli impertinẽtes ſunt
repellendi.verſ.& no.ver.cæterũ aũt.G. Vide j̃.de reg.§.probatio.& j̃ de
li.ꝯteſt.§.2. ¶ Ad colorandũ poſitionẽ in poſſeſſorio põt fieri capitulũ ꝓ-
prietatis ver.ſed pone ago.G.dicit Spec.cõſulo, ꝙ in libellis & articulis
pauca & neceſſaria ponantur.C.de appell.l.am pliorem verſicul.ſed pone
auditor.G. ¶ Poſitio poteſt fieri verbis negatiuis,q̃a fit ad interrogandũ
partẽ:ſed articuli debẽt fieri verbis affirmatiuis:quia fiunt ad interrogãdũ
teſtem:& ad probandũ. melius & apertius ꝓbat̃ affirmatiua, q̃ negatiua.
ver.hic quoq;aduertendũ.G. ¶ Quid ſint articuli,vide Io.An.in d.c.cum
eccleſia Sutrina.Et de differẽtia inter poſitiões & articulos, vide j̃.de poſi.
§.poſitio & vide j̃.de ſñia.§.ſed pone, ꝙ poſt ſñiam.& ſ.e. §.ſuꝑ articulis.
¶ An artili poſsint formari disiũctiue:ver.itẽ articuli. ¶ An teſtis exami-
natus ſuꝑ vno capł̃o omiſſo aliquo ſuꝑ illo. ſit reexaminãdus. ver.illud ãt
nõ eſt G. ¶ Sẽper qñ vis formare interrogatoria teſtium, vide §.iã de in-
terrogatoriis.ver.habita ergo.G. ¶ Interrogatorium teſtis eſt formandũ
ſuper capitulis.eo.§.& ver. G. ¶ Teſtis debet interrogari de omni eo,per
q̃d repelli põt dicto §.iã.verſ.& breuiter G. ¶ Teſtis det interrogari de tẽ-
pore,nõ de qualitate tẽporis : niſi perſona ſit ſpecta. dicto §.iam.ver.item
de tẽpore.Et q̃d de loco, vide j̃.de inſtru.edi.§.an locus ſit. ¶ Sufficit teſtẽ
probare factũ ſine tp̃e,niſi ſit quæſtio de tp̃e:vt in præſcrip.& in alijs.ver.
itẽ de tp̃e.G. ¶ Teſtes variãtes ſuꝑ tp̃e.nõ intelligunt̃ ꝯrij:ſed plura facta
intelligunt,ſi factũ eſt reiterabile:niſi pars in interrogatorio dixerit,ꝙ hoc
ſemel tm̃ factũ eſt.Si aũt factũ eſt reiterabile,ſunt ꝯrij. ver.quid ſi vnus.G.
Si aũt nõ eſt factũ inſtantaneum,ſed ſucceſsiuum, vt guerræ,nuptæ,& ſimi-
lia:tunc ẽt intelligendo de eodẽ facto,poſſunt teſtes ſaluari:ut no.ff.ſol ma.
l.inſulam.ꝑ Iaco.& l.2.§.mutui.ff.ſi certum petat̃.ꝑ Bar.& hoc ubi agit̃ de
ꝓbando ſpecifico facto.Si aũt agit̃ de probando facto & in genere.puta hę
reſim:nõ nocet diuerſitas tẽporis, vel loci. Facit q̃d no.ff.de teſti.l.ob car-
men.§.fi.ẽm Iac.Bu. ¶ An ſi teſtis quod primo aſſeruit poſtea ſe credere di
cat,uitiet̃ dictũ eius? Dic ꝙ nõ ſi cauſam ſcientiæ adiecit: alias ſic. Vide e.§.
verſi.in ſumma.G. Quia cã & rõ unificat dictũ ut l. ſolã.C.e. ¶ Qualiter
teſtis.examinet̃ ſuꝑ v.ſenſib. corporis, & qualiter ſuꝑ dñio, uide plene in
§.nunc tractandũ.ꝑ tres columnas.ubi declarat Inn.ext.e.c.cũ cãm.& hoc
ibi omnino uide G. ¶ Omne teſtimoniũ aut eſt de dictis, aut de factis aut
de rebus.De primis ꝑ auditũ:de ſecundis ꝑ uiſum : de tertio ꝑ alios tres
ſenſus redditur ratio Bal. Et teſtis productus ad probationẽ dñij, debet
deponere ſuper facto,nõ ſuꝑ iure. C.de probat.l.cũ res ꝑ Cy. De proba-
tione poſſeſsionis, vide j̃.de proba.§.continua. ¶ Qñ teſtis loquit̃ ꝑ verba
iuris, põt interrogari de diffinitione. §. iam de hoc verſ. itẽ ſuꝑ ti. G.ff.de
uer.obl.l.ſtipula.§.quia Bal. ¶ Forma, qualiter teſtes ſint examinandi ſuꝑ
inquiſitione.e.§.ver.porro.& de forma inquiſitionis. ¶ Quod dicat̃ nouũ
capitulũ,& qualiter intelligat̃. l.ꝑ hanc. C.de tẽpo. appell.§.ſatis vtiliter.
verſi.illud aũt.& j̃.de appel.§.id,in quo cum ſeq. ¶ Poteſt pars capituli ꝓ-
bari,tñ totum capitulum non probatur.in §.publicis ver.pe.G. ¶ Si atte-
ſtationes ſunt perditę, quid iuris ver.ſed quid de teſtibus. ¶ Renunciare
teſtibus,eſt ꝯcludere,quo ad teſtes producendos, non quo ad alia.§.fi.uer.
itẽ nota.uide in §.ſi vna. ¶ Etiã mille teſtes ſingulares non probant,niſi ſe
miplene.Spe.de inquiſi.§.nunc dicendũ.ver.ſi aũt.G.Dixit Placen. ſe nun
quam legiſſe,ꝙ vnus teſtis ſemiplenam faciat probationem. Nã hoc ver-
bum,Semiplena,non reperitur in textu aliquo:bene tñ reperitur quod fa
cit indicium.ff.de proba.l.cum probatio. Sed illa lex loquitur in teſte non
integro,ſed G.allegat ꝯ Placen.l.Theopompus.de dot.præle.quæ nondi-
cit hoc:quia ibi facit plenam fidẽ.Nam fides eius ibi erat approbata a te-
ſtatore:& ſic ab eo. qui totum poteſt. De hoc j̃.de probatio.§ ſi.verſi.vlti-
mo.nota.G.Finaliter dic,ut dixi in l.admonẽdi.ff. de iureiur. in crimina-
li.Dic vt l.maritus.ff.de quæſt.per Bar.vide j̃. de inquiſitio.§.teſtes ſingula
res.& ſ.§.ſex differentiæ.¶ Si vna pars renunciat teſtibus,altera non,an.
dilatio tunc erit communis? Dicit Azo ꝙ ſic :quia non nocet renunciatio
Idem in inſtrumentis .& ideo talis renunciatio non habet vim concluſio-
nis in cauſa. C.de iud.auth.iubemus.per Azon. Spec.dicit contra,arg ff.
de contratabu.l. ſi poſt mortem.§.fin. ver penult.& fin. Tunc autẽ.dicitur
concludit,quando omnibus peractis renunciatur allegationibus iuris : vt
not.in d.authen.ſecundum Azo.Si autem renunciatio non eſt generalis:ſed
eſt renunciatitñ tali inſtr̃o, valet talis renũciatio: quia fit ſuper certo.C.de

ſde inſtru.l.3.Bal. ¶ Lata ſententia ex cauſa famoſa,ſi teſtis,q appellauit,
interim tulit teſtimonium,deinde appellationem deſeruit,vel proſequen
do ſuccubuit:an medium teſtimonium valeat? Dic vt nota. ff. de infami.l.
furti.§.j.per Accur.& Gul.& Ia. ¶ In actis ſi nō reperit aliter, ꝙ teſtis iu-
rauerit,niſi ꝙ in actis dī, Talis iuratus ſic depoſuit:an pręſumatur iuraſſe?
Dicit Accur.ꝙ ſic.ff.de dote præ.l.Theopompus.In ꝯriū vī:quia facit mē
tionem de alterius documento, de quo nō apparet.Itē quo ad iuramentū
ſcriptura nō habet diē,neq; ꝯſulem.Bal. ¶ Nunq̄ reperitur, ꝙ notarius
poſsit recipere iuramenta teſtiū ſine cōmiſsione iudicis. Ita dicit Accur-
ſius,C.de teſt.l.hac ꝯſultiſsima.§.pe.in gl.ordinaria.Nec etiam inſtrumē-
ta vel cōfeſsiones.C.de liberali cauſa.l.iubemus.in gl.ord.Recipere enim
pertinet ad iudicem:ſcribere vero tantum ad tabellionem. Vide in gl.3 l.
2.vel 3.C.de iure fiſ.lib.x.Bal. ¶ Valet dictū teſtis, licet nō ſit citatus, ſed
ſponte comparuit,ſi alias eſſet fide dignus:quia citatio teſtis, nō eſt de or-
dine iudiciorum,nec requiritur ſi teſtis eſt pręſens.ff.de his, qui.vt indig.
l.poſt legatum.§.is vero.in gl.ordi.Vide ſ.de reo.§.præſumitur.& j.de ci
ta.§.præſens. ¶ An magis credatur teſtibus affirmantibus:quam neganti
bus.ff.de arbit.l.diem proferre.§.ſi plures.& in c.1.de præbend.lib.6.vide
Inno. de verbo.ſignifica.c.quid ſit nouale. ¶ An magis credatur vicinis,
q̄ aliis? dic ꝙ ſic in his quæ vicini melius ſcire præſumuntur. C. quando
fiſ.vel priua.l.2.in gl.ff.de quæſt.l.de minore.§.j.Dic ut dixi poſt Bart. in l.
2.ff.ſi cer.pet.Bal. ¶ Teſtis ꝓductus ab vna parte, officio iudicis cogitur
iurare pro vtraq; parte:& productus ſuper vno capitulo, officio iudicis
poteſt cogi iurare ſuper tota cauſa.C.de eden.l.2.per gl.Bal.Vide j.de ꝓ-
ba.§.aduocatus. ¶ Clauſula.de teſti.cogendis:non ſemper apponitur in li
teris.§.pen.ver.illud autem.G. ¶ Iudex non debet committere notario:
id:in quo tota vis cauſæ eſt.in §.nunc tractandum. de inimicitia vide om
nino de re iud.cum I.& A.per Inn.

## ¶ De Tabellione Rubrica.

CIRCA tabellionē,nil ad præſens tractare intendimus.
Nam quis ēe poſsit tabellio & qualiter, & ꝑ quos &
ubi creetur,&c.Ad hanc materiam pertinentia dice-
mus j.in tit.de edi.inſtru.§.reſtat.& §.poſtremo. Præ-
terea qualiter ſuum debeat exercere officium per totum hunc
librum plenius informatur.

## a De executore [a]. Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Executor multis modis dici poteſt, & qui non poßint huius officium expedire.*
*Executoois officium eſt publicum,nec per ſeruum poteſt expediri.*
2 *executoris officium permittitur in cauſis eccleſiaſticis per clericos expediri.*
3 *Officium executoris eſt quæ ſibi ſunt iniuncta implere.*
4 *Miniſterialis falſam referens ambaſiatam,qualiter,& quo iure puniaт.*
5 *Executor uim inferens,an teneatur de crimine concußionis.*
6 *Præſctiptio interrumpitur executoris conuentione.*
7 *Executoris conuentio habetur pro litis conteſtatione.*

* NVnc de executore* pauca videamus,dicētes,Quid ſit
executor.Quis eſſe poſsit.A quo eligendus,ſeu con-
ſtituendus ſit.Quod ſit eius officium.Et quis execu-
b tionis ſuæ effectus [b].Eſt autem executor officialis ꝑ
quē litis executio,& ipſius cauſæ ꝑparatio iubēte ſuo iudice ex-
peditur.C.de accu.ea quidē.4.q.4.c.nullus.§.aliqn̄ ext.de appe.
cum parati.Exequitur enim lites,& eas præparat,quia facit par-
tes in iudicio comparere,& teſtes cōuenit,& reliqua facit, quæ
cauſis expediendis proficiunt vſq; ad earum finē: ut C.de iudi-
ciis.l.antepe.& l.fi.C.de ſportulis.l.1.in authen.col.6.de iudicis.
§.his qui cauſas præparant. Vocatur autem in iure diuerſimode
c vt no.j.de cita.§.ſequitur.prope prin.ver.qn̄q; per nuncium, [c]
1 †¶ Poteſt autem executor eſſe is qui,liber eſt,& non ſeruus: qa
publicum eſt eius officium,quod per ſeruum non expeditur. ff.
de reg.iur.in his officiis.& arg.C.de tab.& ſcri.l.3.§.fi.ff. de teſt.
qui teſtamēto.§.ſeruus.ipſe enim eſt quaſi teſtis,imo plus: qa ſi-
bi ſoli creditur:vt 4.q.4.§.aliquando.& j.de accuſ.§.1.verſ. fi.&
ſeruus non poteſt eſſe teſtis,in auth.de teſtibus.§.ſi uero dicatur
4.q.3.c.ſi teſtes.§.item ſciendum.Si tamē ſeruus de facta ad hoc
electus eſt,& publice pro executore habitus:dum pro libero ha-
betur,geſta per eum valent.arg.ff.de off.præt.Barbarius.3.q.7.c.
infamis.§.tria.prope prin.argu.contra.C.quib.cau.in integ.reſt.
d non eſt;nec.ſi tutor [d]. Item poteſt executor eſſe maior 25.ann.
non minor.ar.ff.de mu.& hono.ad rem.Sicut etiam in decurio-
ne contingit.ff.de decu.ſpuri.1.§.minores.& l.nos tantum. Sed
videtur,quod ſufficit ætas 20 anno.ſicut in arbitro:vt de arb.cū
lege.& forte ſufficit,ꝙ ſit maior 17.ann.ff.de poſtu.l.1.§.pueri-
tiam.¶ Item quod poſſit eſſe minor.eſt arg.ff.de re iud,quidam.
& ar.ff.de teſta.qua ętate.C.qui teſtam.fa.poſſ.ſi frater tuus. ff.
de teſti.l.teſtium.§.lex Iulia.quæ eſt 4.q.3.ca.ſi teſtes.& hoc qui-
dam tenent vt ſufficiat in miniſteriali ætas 14.anno.ad ſimilitu-
dinem teſtis:vt in præ.§.lex Iulia.¶ Item maſculus,non fœmina
e ff.de tut.fœminę [e]. ¶ Item laicus,non clericus.C.de teſt.conſul
2 ta.ext.ne cle.vel mo.cap.2.& 4.†¶ Quandoque tamen videmus
in quibuſdam locis,in cauſis eccleſiaſticis hoc officium per cle
f ricos expediri. [f] ¶ Eſt autem eligendus per magiſtrum ſcholarū
vel per magiſtrum ſcriniorum ſacrorum: vel vbi eſt de conſue
tudine per officiales ciuitatum.Item talis,qui etiam ſit locuples
& vitæ probatæ: vt non ſit veriſimile eum velle peccare:alias
non ipſe,ſed eius elector poſſet pro eo teneri. in auth. de iud §.
is qui cauſas præparat.alias eſt verſic.ſub §.nullo.Nam mala ele
ctio eſt in culpa.ff.ad mu.quid ergo.ff.de neg.geſt.nam & ſerui-
us.§.fin.& generaliter quilibet iudex poteſt eum eligere.ext.de-
g appella.cum parati.& de offic.delega. prudentiam. reſpon.1.[g]
3 Officium † autem eius eſt implere,quæ ſibi iniuncta ſunt:ſiue de
creta fuerint circa lites expediendas per iudicem, cui fuerit de
putatus.in authen. de defen.ciuita.§.ex prouincia & de iudic.§.
h is qui [h]. Item de officio eius, uide infra.de accuſ.§.1.ad fi.uer
ſicul.hæc autem. Præmiſſa vera ſunt in executore litis, non in
executore ſententię:de quo habetur infra.de execu.ſen.& de ap
pell.§.in quib.ver.v.Et no.quod fas eſt iudicibus,& maiores pę-
nas,& corporales maculas imponere executoribus. ſi male fue
rint circa lites verſati:vt ſciant cauſas non eſſe deludendas, nec
lucri gratia aliquod eis vitium imponendum: vt C.de ſpor.l.1.
i in fin.[i]†¶ Sed quæritur,qualiter & quo iure punietur miniſteria
lis falſam referens ambaſiatam. Et poteſt dici quod teneatur le
ge Cornelia.de fal.Nam falſitas eſt immutatio veritatis:vt in au
then.de inſtrumen.cau.in princip.ff.ad leg.Cornelia.de fal.Pau
lus.& probatur eodem.titu.l.1.verſicul.ſed ſi quis ob renunciā-
dum.cuius legis pœna eſt in ea l.§.fin.& eligens etiam teneri vi-
detur: ſupra.verſicul.eſt autem.& facit ff.de cuſto.reo.diuus?
Vel dic quod ſi pecuniam recepit vt falſam ambaſiatam renun
ciaret tunc tenetur lege Corn.de fal.vt in princip.uerſicul.ſed ſi
quis ob renunciandum.Si vero non pecunia corruptus, ſed ali-
as id fecit: tenetur actione in factum ad interreſſe: vt ff. ad le-
ge.Corne.de fal.qui nomine prætoris.Sic & in iudice refert, an
ferat precio,vel gratia ſententiam:vt C. quando prouo.non eſt
neceſ.venales.quæ eſt.2.quæſt.6 capitu.ei qui.§ diffinitiua.ff.ad
Trebel.ſeruo inuito §.cum prætor. Vel dic hanc dubitationem
expediri per præ.l.de ſportul.ubi dicitur.ſi male fuerint uerſati
&c.qui falſum committit,male verſatur. Vtrum executor poſ-
ſit vim inferre:& quid iuris ſit circa hoc, no. ſecundum papam
K ext.de priuile.cum olim [k].†¶ Sed nunquid tenetur de crimine
5 concuſſionis:vt ff.de concuſ.l.1.& 2.q.1.eadem leg.& l.concuſ-
ſionis.Sed dic,ꝙ non obſt.hoc ꝙ retulit ſe citaſſe,cum non cita
uerit:ſed ſi occaſione ſui officij aliquid recepit,tūc ſic:vt in præ
6 alleg.concor.& 33.q.1.c.militare.in fi.†¶ Executoris autem cō
uentione interrumpit præſcriptio: licet hoc non faciat ſimplex
poſtulatio corā iudice ꝓpoſita:uel libelli oblatio, uel p̄cū porre
ctio,etiam facta coram principe,præterquam in actionibus an-
nalibus.C.de præſcrip.30.vel xl.ann.ſicut.& l.cum notiſsimi.in
prin.& §.illud etiam proculdubio.C.quando li.prin.da.lit.cō.
fac.l.j.Sed nunqd hoc eſt uerum,etiam ſi libelli oblatio non pręce
l cesserit? Reſpon.Vtiq; [l]:quia prædictæ leges hic nō diſtinguūt
7 ſed ſimpliciter loquunт.† Executoris eīn ꝯuētio pro lit.conteſ.
habetur.ff.de act.& ob.ꝯſtitutionibus. Vel dici neceſſe eſſe libel
lum

## ADDITIONES.

a Habetur in libro authenticorum rubrica de executoribus q̄ non mireris:
in hoc viro non eſſe allegatam:quia membra inferiora nil inſtruit: ſaluo
ꝙ dicā ſuper quarto membro.nec Azo ibi de materia proſequitur:ſed in
Rubrica C.de ſportu.& ſump.&c.ſequitur de executoribus litium. & ibi
in prin.proſequitur aliqua de membris quæ hic ponuntur.& uide j.uerſi.
ſi officium.& duos ultimos uer.

* Nunc de executore. ¶ Effectus propter breuitatem non diuidit,ut ſolet,
per §.

b Eſt autem. ¶ Sciendum,ꝙ diuerſæ ſunt ſpecies executorum:aliqui litium
de quib.hic:de alijs dicam in fine.

c Nuncium. ¶ Et per Azo.in ſumma de ſportu.in prin.

d Si tutor. ¶ Solue ꝙ hæc lex loquitur in errore ſingulari:præcedentia iu-
ra in errore communi.

e Fœminæ. ¶ Et ff.de reg.iur.fœminę.lib.2.

f Expediri. ¶ Multum hoc ſeruat curia Rauenas,& Venetiarum.

g Reſpon.j. ¶ Et arbiter etiam,quo ad cauſam,de qua in eum compromiſ-
ſum eſt.ff.de arbit.ſed ſi interpellatur.§.j.

h Is qui. ¶ Poteſt ēt nudā cautionē ab actore recipere de lite cōteſtanda in-
tra duos menſes: alias damnum rei in duplo reſarciet.De hoc quomodo
ſatiſdatio iſta hodie non eſt in vſu.vide j.de ſatiſda.§.1.

i In fi. ¶ Vbi ponitur triplex diſtinctio iudicum circa pœnas iſtorum.

k Olim propter. ¶ Vt ibi poſt eum,& hoc ſcripſi ſuper verbo portarum.

l Reſpon.Vtiq;. ¶ Secundum Accur.in præd.l.ſicut.C.de præſc.30
vt ibi no.gl.ꝑ executionem.Mart.tenuit opi.contrariam quæ ſeq
ſtinctionem Ia.de Arc.& dictum Pet.de Bel.ibi vide per Cyn.